

Homo ipse non ipse ratione gratie.

Gal. 2. 20.

Novus homo, alter à se.

Manil.

Unde alius, si idem ipse

quod facti sumus. Relinquamus nosmet ipsos quales peccando nos fecimus; & inaneamus nosmetipsos quales per gratiam facti sumus: Tunc enim nosmetipsos relinquimus, tunc nos ipsos abnegamus; cum mutamus, quod per vetustatem fuimus, & ad hoc nitimur, quod per novitatem vocamur. Novitas est gratia Dei, qua eius filios facit nos: nolque negamus cum simus homines, relicta voluntatibus pravis; quippe adoptione celesti divinæ gratiæ, in natura hominis sumus diversæ superioris naturæ. Vivo autem iam non ego: dicit Paulus. Sese negavit, etsi perfliteit ipse. Ipse est, & ipse non est. Quæ videtur sui negatio, est vera sui, hominis atque sibi constitutio: etenim veritate deposita, & formatrice gratiæ, filius elucet felicissimè Numinis; qui, ni se negasset, esset filius mulieris. Mirare à Profano signari causam & elevationis formam. Manilius, 4. Astronom. cap. 1. à v. 404.

Pudet tanto bono velle caduca. Luxuria quoque militia est, vigilatque ruinis.

Venter, & ut pereant, suspirant sepe nepotes.

Quid curio dabimus? Quantum est, quod vaneat omne?

Impendendus homo est, Deus esse ut possit in ipso.

Hac tibi nascentem mores sunt lege notandi.

16. Cominus itaque accedamus Didascaliz proposito. Filius mulieris est homo, idest, filius carnis, quod astruit vitij, signans (propter delectabilem concupiscentiam) corruptam, quam sequitur, esse affectibus naturam. Qui eius corruptioni renunciat, ductus ratione atque lege; ipse est homo & non est ipse: igitur cum sui sit, quandiu sui in affectibus non est; ovanter lucratur perfectionis culmen, modo corruptæ naturæ non sequatur corruptionem. Conditio naturæ à femina, repletur multis miserijs: instat delicijs furripere imperium rationis. Negat se, ut ipse sit, qui in his affectibus per Dei gratiam sui non est: negareque congruit, per quod esse hominis esse desinit; ut ubi nulla, superior rutilat ratio: quandoquidem tunc cognoscitur homo, & habere naturam excellentem; ubi naturæ eiusdem corruptæ negaverit conditionem. Alter ipse est. Gratia illustratione fit alter. Patet sui negatio, quia novus homo: igitur uti novus, desines filius esse mulieris, filius Dei fulget per

illustrationem adoptionis. Quid qui debent abnegare se, & tunc sunt filij? Intelligent hæc, qui obliviscimini Deum. Quid ergo erit vobis? Dicit, à quo sententiam non cogitatis. Quid est præcipuum? Erigere animam (subdit Stoicus, ubi dudum in Præfat.) supra minas & promissa fortuna. Nihil dignum putare, quod speres. Quid enim habet dignum, quod concupiscas? Qui à divinarum contemplatione quoties ad humana recideris, non aliter caligabis, quam quorum oculi in densam umbram à claro Sole redire. Timeant ergo huiusmodi umbram, qui oculos suos stiterunt declinare in terram. Contemplantur homines ultra homines esse, qui adrenciaatæ conditione naturæ, ipsi sunt & non ipsi, ratione gratiæ: etenim illa qui de muliere natus, non mulieris, sed Dei adoptione filius. Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur & simus. Operamini, ut certam vestram vocationem faciatis. Aliter miserri, imò miserissimi. Plus speratis, quam cupitis. Aneas Silvius libell. de Præv. Mulierib. modulatur:

Difce homo de tenui constructus pulvere, quare

Eddidit in lacem conditione Deus.

DIDASCALIA VI.

Elucet in Christi nativitate studia amoris divini.

OBSERVAVIT Plinij curiositas, referentis bonas margaritas, nullam unquam nasci, quæ cum alia omnimodò gauderet similitudine; tam in candore (qui phyltrum luminum) æqualitate (quæ delectabilis error oculorum) corporis magnitudine (in qua pretiositas) pondere (quod pretiositatis claritas) quam in figura (quæ sanè curiositatis amœnitas) igitur, quia semper inter speciem inventi discernimen, per antiphrasim Latini vocant Unionem. Dos omnis inquit, lib. 9. cap. 35. in candore, magnitudine, orbe, levore, pondere; haud promptis rebur: in tantum, ut nulli duo reperiantur indisereti: unde nomen Unionum Romana scilicet imposuere delicia. Dalecampius hic: Dotibus haud inventu facilibus, eximijis illis præstantie notis, omnibus in unico unione. Illustris profectò umbra inter naturæ miracula. Numquam huicque visa con-

Senec.

Miseri, qui reddunt à vocatione.

En. Silv.

In quo dotes unionis?

Plia.

Dilectap.

Senec.

Christo nascentis, que mira perfecta in orbis

En. Silv.

Claudia

Maria, dum Christi suum peperit, que discordia conciliavit.

Ovid. 6. Fast. 4. 283.

conformia cum terrenis cælestia. Quando non inæqualia? Unde Seueca, ut diximus etiam de alijs & ex alijs, in Exposit. litter. à n. 10. accinuit: Mortale genus non potest iungi celo. Quando in unum, finitum, & limitatum? Quando gloriæ & lachrymar? Quando tempus & æternitas? Quando mortale & immortalitas? Quando auditum, mutum Verbum? Quando cum frigore ignis, lux sine radijs, Sol sine luce, & radius sine splendore? Uti unicum habebat in sinu Pater cælestis filium, divinum unionem; qui cum alijs haud ullam habebat similitudinem. Verùm extrema distantia, dignatione Numinis miramur in terra nostra: quandoquidem nato Salvatore, humana ex Matre Virgine nativitate; propter nimiam charitatem Patris cælestis, Verbum caro factum, habitavit in nobis, iam enim elucet diversarum naturarum unio; quia inter homines apparuit qui Deus-homo. Postumus, quæ delecta lapsu, naturam nostram appellare felicem, propter Unionem. Claudian. Epigram. 39. appositè modulatur.

Mortalia corda Artificem texere poli: mundi que repertor Pars fuit humani generis, latuitque sub imo

Pectore, qui totum latè complectitur orbem?

Et qui non spatij terra, non aquoris unda,

Nec capitur celo, parvos consuxit in artus,

Passus corporeâ mundum vestire figurâ,

Affarique palam populos, hominemque fateri.

Hæc effulget gloria honorifica lapsi atque lacentis hominis; & simul honor singularis Virginis. Maternitas conciliat pro prolem auctoritatem. Virginitas pulchritudinis decorem. Hæ itaque margaritæ, oppositis dotibus, nonnumquam vise dilectæ, mutuo sibi adversantes; & ab ipsa generis conditione discordes: iamque patent indisereta, quæ numquam vidit conciliata natura; igitur quæ iusticia peperit Solem; nec habuisset vis similem, nec habituram sequentem; habens simul genitricis honorem, & virginis integerrimæ singularem pulchritudinem.

Effigiem nullam Vesta, nec ignis habet. Iure igitur virgo est; que semina nulla remittit.

Nec capit: sed comites virginittatis amat. Virginitatis habet comites, verum non Tom. VII. Taut.

virgines matres: etenim illa sola gaudijs matris potita, cum virginitatis honore: quia ex illa filius Dei natus homo sine semine. Quid nostra Tautologia? Homo (ait Iobus) natus de muliere. Aliquid in periodi suppositione innotuit, dum suppositio signatur. Sanè, & res mirabilia, quam desideraverat, sed non viderat orbis, ubi appareret gloria in terra nostra, Deusque in terris facere mirabilia. Haud mirabile, imò naturæ opus, quod homo ex muliere natus. Novum faciet Dominus etga partum, quod miremur ut prodigium. Series naturæ demonstratur in femineæ partu; ut supra naturam, alius scilicet prænotetur ordo: diciturque meditante homo natus de muliere; quippe futurus in mundo, qui nasceretur de virgine. Hæc in mundo, atque genere novitas: matris virginitas, & in virginitate maternitatis claritas. Genitricis dignitatem obtinuit, & virginealem pudicitiam non amisit.

Ius tibi fecisti Numen celeste videntis.

3. At Paulus dicit: Ubi venit plenitudo temporis misit Deus filium factum ex muliere. Hoc ne cum alijs commune? Nullo modo. Non loquitur de conditione, sed sexu; in quo numquam simul visa pretiositas, virginitas, scilicet & maternitas: Christusque natus dicitur & factus ex muliere; ut in unione utriusque dotis privilegium notaretur singulare: equidem mulieris matris-virginis demonstrabatur gratia, dum Christi corpus factum ex muliere foia. Aliæ sub maledictione partus propter fructum exultantes: Maria verò virgo-mater, benedicta inter mulieres. Verè novum, & omnium novitatum supereminens novitas virtutum: inquit Hieronym, vel ut alijs placet, Sophron. in Virgin. Assumpt. Virtus virginitatis à se femina habet: maternitatis virtutem à viro recipit: iurèque in his virtutibus, prærogativa Mariæ, novitatum est novitas; quippequam à se emanavit simul virginitas & maternitas, Christus erat filius unicus matris suæ. Diximus in Litter. exposit. à n. 15. & dicemus, Tautolog. 5. D. 1. In nativitate Salvatoris, erat, sed haud nota huiusmodi gratia Matris. Plura illa sciebat, verum pectore servabat. Dicam ex Claudiano, in Laud. Serenæ, à vers. 84.

Longè conitæ, penitusque remotus: Orbi parabat tantis conardecæ fatore.

Omnia nò audeat genitrix tam magna fateri, Successusque suos, arcani conscia voti.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Terem. 31. 22. Hieron.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Iob. 1. 4.

In orbis uocitas, virginittatis mater, nita.

Ovid. 6.

Galat. 4.

Corpus Christi dum a-xat ex matre.

Terem. 31. 22.

Hieron.

Ubrissus: filius unicus unicus suus.

Claudia

Ubera prima dabat, gremijs redolentibus auris:

Ternaque tunc nuda innectens gratia membra.

Quod Poete fictum blandimen, proni Christicolæ veneramus veritatem. Audiamus Senecæ entusiasmum. Illa arcana (instit. 7. Natur. qq. cap. 31.) non promiscue, nec omnibus patent: reducta & in interiore sacrario clausa sunt. Quando ergo ista in notitiam nostram perducuntur? Tardè enim magna proveniunt (Quando? Dixit ille, nesciens quid diceret) Pusilla res mundus est; nisi in illo quod querat omnis mundus habeat. Rerum natura sacra sua non simul tradit. Collimaret Seneca, si diceret: Hæc sacra tradenda uti prodigium in rerum natura supra naturam rerum. Ad intelligendum sacramentum natiuitatis Christi, qua de matre virgine est ortus (ait Leo Pap. hic serm. 7. cap. 1.) abigatur procul terrenarum caligo rationum: mundane sapientie fumus abscedat. Idem hic etiam S. Maximus, serm. 5. & 6. Totum continet in Antholog. Iacob. Billius:

Qui Patris in Deitate manens, Deus Omnicreator,

Verus de sacra Virgine factus homo.

4 Per Virginem venit ad nos filius Dei; ut statua viva que iacebat in pulvere; iam non esset statua, igne collato celsi, quem fecum traxit: simulque per illam, ad illuminantem humana natura venit. At quod ductus in inferiores partes terræ: à se, quia voluit dumtaxat propter amorem amare.

Cur petis humanas puer à bellissimè sedes, A superis factus sedibus exul: Amo.

Cur tua panniculos molles, quibus implices artus, Non habet in apto tempore mater? Amo.

Cur geminas inter pecudes decumbis, & udas Lacrymulas madido lumine fūdās? Amo.

Cur rigide stimulis palæ mordacibus urit, Et tenerant ledunt frigora corpus? Amo.

Cur stabulis sacris darissima robora membris, Et lapis, ben capiti pernitur asper? Amo.

Pauca modo patior; sed postquam adoleverit atas, Verbera, vincula, wæpres, robora cruce feram.

Hæc amoris munera, sed in officijs ignorantur studia. Annunciate inter Gentes studis eius. Luc. Contile in Symbol. opusit Amorem in volumine legentem. Pinxit sanè eximio studio, si cor versatur in

Senec.

Orbis nihil sine Saluatoris in orbis.

Leo Pap.

Billius.

Psal. 9. 11. Studium amoris.

amore magno. Ceterum studium quale summæ Sapientie: Studium amoris, quod quidem magnum, si non videatur studium. Dedit cor meum (si dat cor, studium amoris est) ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroressque & stultitiam: dicit Salomon de se. Ecce plus quam Salomon hic: igitur didicisti in amore Sapientiam, per errorum stultitiam, Summa stulticia & error, modò in pectore regnaverit proprius amor; quippe tunc in amore non scientia, sed ignorantia, ex qua totus error & labor.

— Sic plurima nosse, Nil iuvat, ut maior sit nisi corde dolor. Patet. Dicit, quod dixit sum, & nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. En effectus phylauri: & amor Christi sapienter mundanæ studie prudentissima stulticie; quoniam propter homines, visa est stulticia Gentibus, quòd locuples, nihili indigus, cunctorum dominus, summus, Optimus, Maximus, præ amore fieret miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. In halitum facit vitæ hominis, insignes ibi tacens prædicans virtutes altissima humilitatis (ait Alap. in Luc. 2. 27.) ditissime paupertatis, celestica charitatis, sapientissima stulticie. Hic eximius cordis amor, atque Angelorum stupor. Dicamus ex Senecâ, Hercul. furent. à v. 478. etiam pectore entheo: Quid: Qui gubernat astra, qui nubes quatit, Non latuit infans rupis exco: se specus, Semperque magno consistit nasci Deum.

Quemcumque miserum videris, hominè scias. 5. Dis similes facti hominibus descendunt ad nos: dictum est Lystris, viso homine, miraculosè restituto naturali rectitudini. Plus mirari ius erat descensum, quam miraculum: equidem magis insignè, quòd ad illos de cælo velle descendere. Numen ex prodigio cogitabat, sed eunda prorsum nesciebant; eiti à illis notaretur causa unde stupor & prodigia. Deus dicitur, & homini similis simul signatur; ut novum illis non esset, quantum gratiarum, illo in terris apparente venisset: etenim cum ex Numine apparente in carne corporis, felicitatem natura obrentura rectitudinis; iuxta votum coram perfectum prodigium, videntibus quod de cælo descendisset Deus, in similitudinem hominum corporaliter factus. Ex eius adventu libertas cum perfectione salutis, tribuenda sanè in rectitudinem hominis, qui semper iaceret; ni de cælo Numen in auxilium descendisset: homoque surrexit, floruit, atque facta re-

Eccle. 17.

Ameris proprii studia, non scientia, sed ignorantia.

Marian.

Apo. 3. 17.

Amor Christiani precepti, quod studium est si mul dicitur.

Alapid.

Seneca.

A. 2. 14. 10.

Homo semper iaceret, ni Deus homo de cælo descendisset.

reformatio; quippequam ille visus descendisse de cælo; habitu inventus ut homo. Deus verus in his regionibus, sicut in Græcia. Deus erat ignotus: absconditus enim erat vultus eius. Vultum ostendere non valuit, quousque naturam spectabilem uniret. Ab eius aspectu cuncta naturæ dona restituenda, & simul amilla gratia. Unde viso Numine-homine, de cælo descendere, consortes facti sunt gratiæ; quia tunc alterius naturæ accepturi rectitudinem, ubi in humana natura Numen ostenderet faciem. Cur igitur si inter homines, ab illis multi Dij facti per apothecos, eorum non dicunt in carne divinitatem; sed dumtaxat, quod apparuerit humanitas: Deat tota generis felicitas. Pendebat hæc Deitatis manifestatio, in humana assumpta carne: sibi que gratulantes (in Deo propriam imaginem hominis) ut cuncta feliciter caderent, modò Deum hominem in terra viderent: etenim si ab illis visus, iam non erat Deus ignotus.

6 Accedamus principali instituto. Si diceretur, Homo Numini similis descendit ad nos; non descendisset, sed ascenderet, quoniam homo è terra in cælum assumptus, sed elevatur. Dicendo: Deus similis homini; verè descendebat, quippe fè de cælo in infinis collocabat. E cælo in terram Deum apparere ut hominem, præ se fert miseram calamitatem. Ascendere in Empyrium è terra; profectò optabilis gloria: minimeque signatur homo in cælum assumptus, sed in terram descensus, in similitudinis hominis: ob blandimen amoris, novà generatio nascens: etenim cum esse humanum astruat calamitas (ex qua totius generis felicitas) ne genus miserum esset: præ amore miser assumptà naturà apparuit. Hinc fortitudo nostra, & ex hodie victore victoria para: requidem hominum vires, ex eo quòd Deus homo videretur cum lachrymis. Ab hostibus occupatà Macedonia (serè cunctis civibus cadentibus, aut fugientibus in pugna) Infans Rex erat, cum provincia libertatem cogitabat; sed metus hostium subigebat in iugum. Quid ergo faciendum? incidit enim eis concilium optimum. Cum hostes infantiam regis contemnerent (ait Iustin. Histor. 7.) bello Macedonas aggrediuntur: qui praelio pulsè, Rege suo in cunis prolato, & ponè aciem posito; acrius certamen repetivere: tamquam ideo victi fuissent antè, quòd belantibus sibi Regis sui auspicia defuissent: futuri vel propterea victo.

Dum homo factus, notu uti Deus.

Ne homo miser esset, miser apparuit.

Vagitus Regis infantis vi illo fecit Maædamas redire.

Iustin.

res, quòd ex observantia animi vincendi ceperant: simul & miseratio eos infantis ce-nebat: quem si victi forent, captivum de Rege sibi facturi videbantur. Conserto itaque praelio, facillè magis cæde hostes fuderunt, eis que ostenderunt, priori bello, Regem Macedoniam, non virtutem defuisse. In Rem Baptista Pius. Silog. cap. 46. Tom. 1. Critico. pag. 457. subdit: Vagitus infantis impulsit victos ut vincerent: vicerunt qui amore pugnabant.

7 Haud aliò intentus, amore ductus filius Dei homo venit ad homines, nisi ut victi aëreas debellarent potestates, & repellerent recuperatà virtute telata ignea victos diaboli. Victi fuerant prima in pugna in paradiso. Iacebant fur iugo tyranno, quia licet haberent è cælo virtutem, nequaquam habebant Regem. Habuimus, ut hominem & è cælo lapsum, Altissimi filium, sed infantem, Verbum micum. Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis. Loquitur lachrymis: iacetque victus, qui vicerat hostes; quoniam resumpserunt quam amiserant virtutem, habentes coram oculis infantem cœlestem Regem. Simeonis viderunt oculi, & petico cito dimitti. Nunc. Cur ita: Micat victoria: non enim timer mortem, qui habet in manibus, coram oculis infantem, & vagientem. Vagitus excitavit, lachryma movit, amore pugnabant, dum mortalem in presepio videbant. Habebant coram fe in pugnam, qui ne vincerentur, ultrò assumpserat miseram conditionem humanam. Mortalis coram illis apparebat immortalis, & propter illos: victusque iacuit, qui superaverat diabolus, adversus eum instaurantibus victorias; quia Rex illorum uti miser in carne vagiebat infans. Preceinuit vel Theocritus, Edyl. 25 à vers. 60.

Exuvium fera videns & grandem clavam. Eamus ad eum ad presepium nostrum. Ibi inveniemus Regem.

Hæc verba pastorum sunt. Transeamus usque Bethlem, & videamus hoc verbum, quòd factum est, & Dominus ostendit nobis, & invenierunt infantem positum in presepio. De Nilo dixit Lucan. 10. à v. 290. Maluisse, eum non liceret parvum videri, Ortum mirari quàm nosse. Longè huiusmodi intuitus ab amore cœlesti. In admirationem parvum Christus in presepio voluit nosci: quod quidem in assumpta natura, propter vehementiam amoris; non solum apparere voluit mortalitate miser, sed miserabilis.

Exuvium fera videns & grandem clavam. Eamus ad eum ad presepium nostrum. Ibi inveniemus Regem.

Hæc verba pastorum sunt. Transeamus usque Bethlem, & videamus hoc verbum, quòd factum est, & Dominus ostendit nobis, & invenierunt infantem positum in presepio. De Nilo dixit Lucan. 10. à v. 290. Maluisse, eum non liceret parvum videri, Ortum mirari quàm nosse. Longè huiusmodi intuitus ab amore cœlesti. In admirationem parvum Christus in presepio voluit nosci: quod quidem in assumpta natura, propter vehementiam amoris; non solum apparere voluit mortalitate miser, sed miserabilis.

Bapt. Pius.

Mat. 9. 6.

Vitus vincit bo-vum con-vincens hostem. Dum videt leonem in presepio vagientem.

Luc. 2. 29.

Theo-crit.

Luc. 2. 15.

Lucan.

8. Deus pridem ut diximus, erat ignotus, sed iam notus, quoniam in carne temporaliter natus. Vidit Paulus Athenis, quò magis inolevit superfluitio, aram sacram Deo ignoto. Quis ille Deus ignotus, & quare si ignotus, dicatur in venerationem loci publicus; interrogant plerique. Oecumenius hic ex relatione Herodoti, lib. 7. cap. 28. dicit: Athenienses miserant ad Lacedæmonios de ferendo auxilio, cum Persæ exercitum ducerent in Græciam (fugiente à Scythis Dario Hytaspis in Marathonem, de quo fuse in Ephemer. 6. August.) quorum nuncijs iuxta Parthenium montem, Panos spectrum obviam factum, Athenienses accusabat, quòd se neglecto, alios Deos colerent, & auxilium promisit. Cum itaque victoria potius essent, templum illi erexerunt, aramque adificarunt, inscribentes: Ignoto Deo, & peregrino. Herodotus loc. cit. Exstruxerunt sub arce templum Panis: illique annis hostijs, ex quo nuntium acceperat, sacrificant; & ardenti candelabro supplicant. Idem apud Lorin, Sanctium, Alapide, hic, & Baron. Ann. Cbrist. 52. à n. 8. Sub umbratilebat veritatis splendor, & vel gratiarum indignis favebat divinus amor. Pan omnia sonat, qui Deus & Deus solus. Parthenium, interpretatur Virgineum. Deus iste verus colebatur ignotus: de cælo descendit peregrinus: ut auxiliaretur egenibus, ne extinguerentur ab hostibus. Cognoscendus erat conferendis beneficijs, tametsi Numen non cognosceret homines; illorum fortuna secunda, dum illi à gratis cognito, venerationis erigeretur ara: quandoquidem dignum cultu, cum ignotus lateret Deus homo; quod qui invisibilis omnia erat & eminebat in cælis, apparere dignaretur in monte Virginis-Matris. Ex Sibyllis, vel Hebræis, ut autumat Tertullian. Apologet. cap. 46. & Eusebius, 8. de Prepar. Evang. cap. 5. scivere Athenienses Deum invisibilem & immortalem: eique tribuerunt quantumvis incognito, ex corde venerationem; quippequam corda in captivitate alligata, quod non cognitum mortalium, ut mortales appareret. Invisibilis est, etsi videtur (insit Tertullian. d. cap. 17.) incomprehensibilis, etsi per gratiam representatur: inestimabilis, etsi humanis sensibus aestimetur: adeo verus & tantus est. Ita ut Deus. Quid Deus-homo? Hic erit magnus, qui pridem ignotus & peregrinus: igitur magnum in eius maiestate & celsitudine, quòd in monte Virginis invisibilis

Acto. 17. 23.

Oecumen.

Quis Deus ignotus, & ei sacras cultus

Herodot.

Quanta momenta felicitatis, ex nativitate servit

Tertullian.

dignaretur ab hominibus aspicere: incomprehensibilis, ad humanitatem comprehendere; & postquam accepit corpus; asstimari nostris tentibus. Prosper, de Ingratis, v. 96 r. Verbum homo sit, rerumque sator sub conditione Servilis forma, dignatur Virgine nasci. 9. Ulterius. Formam serviliter accepit, quo Deus-homo nostrum propositum innuit. Potuit esse homo, & simul longè mortalitatis conditio. Poterat esse homo, quin hominis pateretur miseriam: servilemque carnis accepit formam, ut tanti amoris servis ostenderet flammam: etenim vehementi flagrantissimi amoris, esse dignatus est homo, similis nobis passibilis. Aliter non miser fed felix ellet, dum inter miseris viveret. Haberet carnem, sed non servilem corporis conditionem. In carne exultaret, cum homo miseris fieret: & cum posset esse felix (ne iaceret homo miser) ab immortalitate electa mortalis caro; ut miser fieret, habita inventus ut homo. Altiora latent. Deus immortalis & invisibilis, apparet ut homo visibilis & mortalis; ut qui ignotum in fe Numen, carne assumpta veniret in hominum cognitionem. Unde (ut subdit hic Alapide) per Deum ignotum accipiunt Deum in carne apparitum: puta Christum incarnandum. Potuerunt Athenienses à Sibyllis & ab Hebræis discere; illique aram statuere hoc titulo; Deo ignoto. Magnam Sanè incarnari Verbum Dei, & ut hominem in terras descendere: ceterum non maximum in eius amore. Maximum, venire mortalem; sed summum, venire in mortem. Mortalis, miser apparebat, præ carnis conditione defectibilis. In mortem, miserandus præ crudelissima nece, ex vulneribus in carne: mortalique assumitur, & in qua nascitur; quippe præ dilectione singulari erga demerentes homines, non solum miser esse decrevit, sed miserabilis. 10. Dicit Paulus: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne. Duo divini amoris signa proposuit; & quod assumpsisset Dei filius hominis carnem, & haberet peccati similitudinem: etenim etsi in carne ex Adamo verus homo, duntaxat pro similitudinem abique peccato. Non dicit, in similitudinem carnis humanæ, sed sine peccato in carne, peccatricis carnis similitudine. Carne humanæ esset miser, propter labores: carne peccati esset mi-

S. P. o. p.

Philipp. 2. 7.

Effectus cur magis, quod videtur mortalitatis

Alapid.

Summum, quod veniret in mortem.

Rom. 8. 3.

miserandus, propter conditionem criminis; quippe per primum Adami crimen, vulnera impacta in necem, vocabant mortem. Nemo hominum est propter carnem miserabilis, sed propter carnis peccatricis conditiones: caroque peccati sumitur, ut amor eximius ipsa assumptione notetur: etenim si, mors miseranda per peccati carnem, carnis peccati Verbum allumit similitudinem; quoniam erga humanum genus amor eximius, quòd in humanis miseris filius Dei appareret miserandus. De Ajace Telamonio fidum non posse nisi loco interfecti: etenim ut ait in præfat. Tragœd. Sophoc. Ioann. Bapt. Gabia; Corpus, quod cooperuit leonina pelvis, invulnerabile erat: non cooperatum vero vulnerabile mansit. Inter Christi humanitatem & divinitatem verum, quod in Ajace phantasticum. Nequibat, uti Deus vulnerari: ut homo, poterat mori (quippe caro obnoxia crimini) Miser esset, si ut homo debitu contraxisset. Miserabilis, dummodò sine peccato assumeret carnem, & indignè pateretur illatam mortem: assumptisque peccatricis carnis similitudinem; ut emineret estuantis peccatoris flamma, sicine assumpta peregrina natura; ita nobile amore flagrante pectus; ut pro hominibus, illis homo appareret miserandus: igitur pro humano genere subivit in carne mortem; quasi haberet in carne, uti cæteri crimem. Magna itaque dilectio, quòd Deus appareret factus homo: ceterum amor eximius, quòd homo verus, in similitudinem hominum factus: simulque perfusus omnimodà puritatis sanctissimæ libertate: pro cunctis, cunctis appareret formâ servi. II. Effectus indicatur à Paulo. De peccato (inquit) damnavit peccatum in carne. Mortem, quæ per primum crimen, nec solus Deus sentire, nec solus homo superare potuisset. Erat invulnerabilis, & vulnerabilis. Invulnerabilis, amictu divinæ substantiæ: vulnerabilis, luto humanæ nature. Sine apparentia peccati non auderet mors in certamen liberum adortiri. Eius ovebatur audacia, generis humani culpa, quæ cum ipsa morte ab homine-Deo vincenda; qui quidem obiecit formam mortalitatis participem, sed servituti expertem: peccatumque damnavit de peccato, simili carni peccati, corpore assumpto; ut appareret redemptoris opus, dum mortalibus mortalitatis videbatur miserandus: etenim ne illi miserabiles iacerent (cùm pro peccato servirent) simili-

Ultra quod in carne Dei filius appareret miserandus.

Gabia.

Aiaci conditio.

Philipp. 2. 7.

Ubi sup

Christus assumpti hominis servi tatem, ut conferret homini libertatem

tudine carnis peccatricis hominis, voluit esse miserabilis: deducens homines in optatam libertatem, adsumens sibi præ amore voluntariam servitutem. S. Prosper, quò dudum, v. 97 r. luecinit: Hoc igitur pretio captivi cum redimuntur, Agnoscent, quali conclusi carcere, quoque Obsessi fuerint morbo: quibus eripiendis, Succurri haud aliter potuit, quam morte medentis. Ex ore eius gladius utraque parte acutus exibat, quem in mortali mors nequaquam cognoscebat. Hominem-Deum pro similitudine carnis peccatricis sine peccato, percussit; atque ipso vulnere pericula absorpta præ dolore clamavit. Tunc Christus, ut aliò resinice Princeps Poëtarum, 9. Æneid. à v. 441. — Insat non regniis, ac rotat ense Fulmineum, donec valide clamantis in ore Candidit adverso, & moriens animam abstrulit hosti. 12. Redeamus ad titulum arz Atheniensium. Inveni & aram (dixit illis Doctor Gentium) in qua scriptum erat: Ignoto Deo: quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annuncio vobis. Annunciat Paulus Christum, & hunc crucifixum; uti ait 1. Cor. 2. 2. Quotodò igitur si Deus enunciat immortalis; ut ignotus nosceretur, signatur vulnere mortis, & morte crucis, quod apud Gentes semper visum stultitiae. Ut eluceret amoris divini flamma. Non poterat homo è miseris exire, ni immortalis subijceretur morti; equidem ex illa, in hominibus vita pendebat aeterna. Vulneribus comprobata dilectionis fidem, queis meretur in carne innocente & mortali compactionem; cum nihil mali fecisset, & quæ non rapuerat, solveret: & Paulus cupiens manifestare hominibus Deum ignotum, immortalem exponit mortalem & crucifixum; ut constaret quanta filij Dei dignatio, & in assumpta carne cordis dilectio: etenim tunc magis hominibus notus amor ignotus, quando Numen apparebat, tamquam homo miserandus. Articulum refert Helvidius, Archiepisc. Rhemenf. apud Surium, 9. Octobr. in Vit. Dionif. Arecopag. Interrogavit Paulus (insit) Quis est ille Deus incognitus? Ad quem Dionysius: Adhuc, inquit, non est ipse Deus demonstratus inter Deos; sed est incognitus nobis, & sæculo venturo futurus: ipse enim Deus, qui regnaturus in cælo & in terra sine fine. Subiunxit Paulus: Homòne? & Dionysius: Verus Deus, & verus homo; qui renovaturus est

S. Pros.

Morte mortem vicit.

Virgil.

Ubi sup

Eius mentem & amor notus, dum apparuit miserandus.

Helvidius

est mandatum, sed adhuc hominibus est incognitus, quoniam apud Deum in celo est. Illam Deum, ait Paulus, predicato vobis, quem incognitum appellatis: qui natus ex Maria Virgine, passus sub Pontio Pilato. Quem incognitum usque nunc habuistis, modo cognoscite. Rara in illius cognitionem propositio! Deus incognitus cognoscendus; quia? In Virgine ortus, & sub Pontio Pilato crucem passus? Utique. Hinc studium ab amore. Per crucem miserabilis vitus: ex Virgine matre, homo, in terris mortalis natus: necitque Paulus in cognitionem ignoti (summa zelantis charitatis) & crucis passionem, & miram nativitatem; quoniam sibi univit esse, & conditionem hominis, ut videretur pro illis & miser & miserabilis.

13 Huiusmodi visionem optabat Exod. 33: 13. Moyses. *Ostende mihi gloriam tuam: id est, Filium tuum, hominem factum: sed ostendit Dominum cruci affixum;* ut cogitat Antoa, Fernand. *Vision. 7. sect. 3.* Gloria Patris filius est: speculum sine macula, & splendor bonitatis illius. In cruceque oculis amantibus obijcitur, dum gloria desideratur? Nasci Salvatorem cupit, & mortem eius caelestis Pater ostendit: Sanè? satiare intendit aviditatem Moysis, cum gloria filij: etenim tantus amor eius cordi; quòd desideraret studio, hominem pro hominibus fieri, & nasci, ut pro illorum redemptione posset mori. Ideo gloria nativitatis, & signum crucis: felicitatis insignis, atque symbolum miseriz; ut Deus esset amore insigniter notus, ubi magis notabatur miserandus: quandoquidem & Virgine cupiebat vitam habere; ut pro hominibus dilectis in cruce posset amittere. Vide dicta *Tom. 6. T. 10. D. 6. à 10.* Hæ sunt *posteriores glorie.* Quænam? Passiones futuræ. *Quæ in Christo sunt* (inquit Petrus) *passiones & posteriores glorias.* Erant priores & posteriores. Priores in sinu Patris, ubi immortalis & invisibilis. Posteriores, in sinu matris, ubi carne mortalis, sed visibilis. Priores, quibus eminebat genitoris imago, Posteriores, queis ex matre habitu inventus ut homo. Priores, quando uti Deus de Deo sine dolore beatissimus. Posteriores, quando passionibus nocivis, hominibus miserandus: & in signum excellentis charitatis, gloriæ signantur solummodo posteriores; quippe illi gloria, posterior & peregrina, nasci mundo à claustris Virginitatis, ut pro hominibus ut homo videretur miserabilis. *O miracula! o prodigia! o*

Heu erant, ut pro hominibus miserandus fiat.

1. Petr. 4. 11.

Huius glorie amoris, videtur pro hominibus miserabilis.

mytheria! *Natura intra mutantur* (inquit Augustin. de *Christ. nativitate. serm. 9.*) *in homine Deus nascitur, virgo sine viro gravidatur, viri nesciam sermo Dei maritate simul facta mater & virgo: mater facta, sed incorrupta: virgo semper clausa, sed non infestanda. O mira & inexquisita compago! O nova & inaudita commissio! Qui imensus est, capitur; divites constitutus, pauper efficitur: incorporeus carne vestitur, videtur invisibilis, palpatur impalpabilis, comprehenditur incomprehensibilis, in præsепio angusto collocatur, immortalis occiditur.* Cuncta promissa in Didascalica exponunt Augustini verba; sed nimis protrahitur: extrema reliqua videbantur *Tautolog. 7. D. 2.*

14 Hæcine solemnitas insignis, obumbrata felix veteris legis, qua iubetur, in exitu anni post congregationem omnium fructuum, celebrari solemnitatem Tabernaculorum. *Exod. 23. 16.* Describuntur ritus in assumptione fructus arboris pulcherrimæ, palmarum, myrti, & salicis. *Levit. 23. Rupertus hic, cap. 37.* huiusmodi ritus accomodat Nativitati Christi, cæterisque sequentibus festivitatibus: etenim arbor pulcherrima cum fructu est Virgo-Mater, quæ sola inter feminas benedicta, gaudens fructu genitricis, & flore virginitatis, in quo summa pulchritudinis (vide *Tautolog. 5. Did. 1.*) *Cælestia semina partu Ediderat.*

Palma comitatur singularem nativitatis Christi pulchritudinem; quia demonstrat Stephanum Protomartyrem; de quo *Tautolog. 4. D. 1.* Huius festum myrtus, flos amoris, in amante & dilecto corde Evangelizæ Ioannis; de cuius excellentia, *Tautolog. 5. D. 6.* Accedit his fasciculus florum, in salicibus infantium innocentium, iuxta torquentem lachrymarum matrum; de quorum prærogativis, *Tautolog. 9. Didasc. 2.* Hæc poma nova & vetera servavit Virgo-Mater à partu; ut eius & filij plenius rutilaret pulchritudo. Ita cuncta florida. Surgit gens aurea mundo. *Magnus ab integro calorum nascitur ordo; Quia nova progenies celo demittitur alto.*



DIDASC:

August.

Quæ pro dicitur in Christi natalis

Virgo cur arbor pulcherrima

Levit. 23. à v. 49.

Ovid. Fast. v. 383.

Ex Virginitate unde colorum ordo

Virgilia Eclogia v. 5.

Speculum puritatis à monentio conceptio

Matrac.

DIDASCALIA VII.

Pura Virginis conceptio est, ut Aurora, & Luna, & Sol.

1 OCCURRIT gloria plurimæ Matris-Virginis, quæ in cunctis & nonnumquam singularis: etenim eius singularis gloria in gratia & in gratia plena; & cuius eximia mirabilis plenitudo effulget etiam eminente gloriæ throno. *Quantum enim gratia in terris adepta est præ cæteris, tantum in caelis obtinet gloria singularis:* ait Bernardus in eius *Assumpt. Serm. 1. n. 4.* Totum pondus gloriæ, sed tota gloria singularis gratiæ. Verum unde singularis? Quippe eius conceptio longe ab hominis miseris. *Homo natus de muliere.* (dicit nostra Tautologia) *repletur non solum miseris, sed etiam multis.* Illic ac concipitur, qui ut floret egreditur, fœce primæve supplantationis succiditur. Mell. Soula, in *Iob, 30.* accinit: *Spiritus interioris mecum languescit & agræ Torquet amara dies, & fœta doloribus urget.*

Hæc est conditio, qua concipitur homo: cæterum speciali Virgini prærogativa; quippequam in miseris non concepta, licet ex muliere nata. Assuet floribus pulchritudo ab ipso & in ipso conceptionis momento; quo sola pulchra floridè egressa, sed non recisa; dum cunctis tempus putationis advenit: unde & inde singulari gratia fulget; quia concepta illa & sola in puritate; est nata de muliere. Ex mulieris conceptione peccatum: verum Virgini labdibrium: equidem ex carne peccati facta conceptio, sed sine carnis peccato. A Domino factum est illud, quod est mirabile in oculis nostris, in singularem commendationem Virginis; purissimæ ex corruptione, atque intemerata ex infecta radice: etenim à fœculo non est auditam, in serie generationum, intenduntium in similitudinem naturæ; naturæ conditionem esse, sine acceptæ naturæ conditione. Virga igitur lesse floruit, dum Virgo mirabiliter apparuit: igitur mirum, quòd egrediretur flos, ex desolata, putri radice lesse.

2 Novus paradysus planditur à Mar

racio, in *Virgini. Polyanth.* Utique *Paradisus*, & novus quippe in illo singularis fructus. *Plantaverat Dominus Deus paradysum voluptatis à principio.* Ibi ergo lignum faciens fructum, & habens unumquodque sementem secundum speciem suam. A vitata Amadi radice, quilibet fructus prodibat in paradiso generis maculà Adami. Ex Adamo, radice generis, Virgo feliciter oritur: novusque paradysus meritò plauditur; quia haudquaquam ex radice contraxit maculam, secundum speciem suam: quandoquidem pura ex traduce conceptio, pro carnis similitudine, cæterum ab ipse peccato.

*Natura sequitur semina quisque sua.* Inquit Propertius, 3. *Eleg. 9. v. 20.* *Appositè Casiodorus, 1. Var. Epist. 6.* *De arte veniat, quod naturam vincat: & summo plausu, qui paradysus iste novus à Domino Deo fuit plantatus à principio; ut claret splendor gratiæ, non solum in gratia, sed in tempore: non solum quia ramus radice insertus contra naturam, sed quia ex tempore gratiæ demonstravit gloriam: igitur gratiæ dore, floruit, etiam infecta radice; ab ipsomet primo animationis instanti. Septuagint. *Plantaverat paradysum in Oriente.* Idem Malucens. Vox emphatica, ut Virginis concepte signaretur excellentia: equidem non solum fultis paradysus novus gratiæ, sed cum gratia in ipso oriente. *Gaude & latere Anna* (inquit Fulbertus de *Ortu Virginis.*) *O felice pro tali filia, tali dote donata!* Ars gratiæ vicit naturam; ubi dum illam invenit, invenit gratiam. Dos insignis, & filia singularis, minimè sequens conditionem genitricis: equidem si ab illa origo, & filiz pura conceptio; dos planè mirabilis, quòd sequens naturæ originem, minimè sequeretur originis conditionem. *Benedictus sanè fructus ventris tui.* Fructus utique præventus benedictionum dulcedine: igitur non solum non elanguit secundum speciem suam; sed in ipsa conceptione fœultè consecuta est gratiam. Floridè succinit Picinell. 12. *Mund. symbol. n. 243.* *Impuro rutilam quis speret ab equore gemmam?**

*Sunt tamen aquoreo munera fusa salo. Prodit ab impuris Virgo Matoribus insonis: Nonne iterum gemmam fundere credis aquas?* 3 *Hic dies est dies lucis, dies exaltationis & exultationis, quia Maria concepta de hominis natura; sed tamen sine macula:* ait N. Theodipactus Idiota, Ioseph à S. Be. nedit. Dies hoc prodigio summe præclaræ

Picinell. Ioseph à S. Be. nedit. Dies hoc prodigio summe præclaræ

Genes. 1. 8. cap. 14. 12.

Cur no. ou. Para. di. j. u. r.

Properè

Casiod.

Septuag.

Fulber.

Nalla bumann conditio nis originis, hanc vero originis conditionem

Picinell.

Ioseph à S. Be. nedit. Dies hoc prodigio summe præclaræ

sephus à S. Benedicto, in Exaltation. nat. human. n. 11. Dies enim lucis, splendor gratiæ. Exaltationis, quippe in primo instanti. Exaltationis, quoniam flos pulcher ex vitata radice. Totum sic admirationis fomes, etiam in Angelis. Quæ est ista (dicunt) que progreditur quasi

Cantic. 8. à 8.

Quare dicitur gaudium

Claudi.

Ubi. sup.

Simul bekulina turam gratiam.

Tob. 13. 83.

Cur dicitur in conceptione splendida aurora

Aurora confurgens, pulchra ut Luna, electa ut Sol? Respondet Sponfus adamulsi: Una est. Una. Quæ diuina beatosefficiunt, continet sola. Sola gyrum cæli circuiuit: igitur eum cæli circulares & rotundi, sint perfectionis symbolum; in illa sola cunctiarum ambitus inuenitur perfectio-num. Videtis hic Tautolog. 8. n. 17. Ergo in præsent. Didascalia, Virgo-Mater eminebit plena gratiæ, & gratiæ plena: quandoquidem singulariter floret, quo totum cælum splendet. Dicam, quod alibi ex Claudiano, in Probin. panegy. à v. 194.

Crederes ex æthere lapsam. Talem nulla refert antiquis pagina libris, Nec Latine cecinerit tuba, nec Greca vetustas.

4. Ita ergo progreditur, quasi confurgit Aurora. Aptè quasi Aurora confurgens, dum signatur inter homines: etenim ubi cæterum genus cadit, illa validè surgit. Non Surgens, sed Confurgens. Aliquid sanè cum Virgine surgit, quod comitem habuit. Perfectò. Quia in reliquis sine gratiæ, surgens cadit humana natura. Virgo dum existentiam accipit, surgit, & cum natura confurgit, igitur obtinuit in primo instanti singularem excellentiam, accipiens simul & naturam & gratiam. Aurora est prima lux, quæ quidem nunquam sine splendore non fuit: igitur lux non esset, si aliquid tempus signaretur, quo non fulsisset: Virgoque in conceptione extollitur uti Aurora, & in esse uti lux prima: quia fulsit gratiæ splendore ex primo instanti. Aurora est, & prima lux, in qua & summus splendor est. Lux splendida fulgebis: dicit Tobias de Civitate gloriosa, quæ quidem vel in ipsa conceptione Maria; quam Dominus possedit in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Lux gratia est, & vita in ordine ad cælum, quia lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Lux gratiæ homini confertur, quum eius sanctificatione cœlitus illuminatur: verum non dicitur splendida; quoniam gratiam præcessit maculata natura. Splendet in ipsa illuminatione, si accipiatur natura cum dono gratiæ: luceque splendida in ipsa conceptione resultat. Virgo; quia gratiam ha-

bit ex primo suæ formationis momento: In cæteris contrarium habet lux, quippe primæ transgressionis fax & fraus: hoc est principium: in Virgine verò vel ex eadem radice contrarium: equidem splendide gratiæ lumine fulsit, ex quo habuit esse.

5. Ut Aurora est prima lux. Ita dum Deus iussit facta est; & primo die: clarefecit tempus in Virginis conceptione: etenim eum in ipsa mundus virtus singulararem splendorem; constituit Deus simul & primum diem, & primævam lucem: simul tempus formavit, & lucem condidit, in typum intemeratæ Virginis, splendore conceptionis: igitur ita fulsit vel dum accepit esse; ut nullum diem immaculatam videre sine luminæ gratiæ. Virginis privilegium est: eius etiam primum diem signavit fulgida lux. Lux ergo prima fulget. Corpus lux prima non habuit; & in specimen purissimæ conceptionis, non solum symbolum exponitur lucis, sed signat Nomen lucem primam & splendidam; quippe lux sine corpore, non habet umbram. Amplius rutila immaculata conceptio, ubi in primo instanti facta gratiæ illuminatione. Corpus Virgo, quia humana, in conditionem habebat; quod gratiæ cœlitus illuminabat. Corpus naturaliter ab Adamo contrahens noxam, facit umbram. In Virgine vel cum corpore & etiam ex massa Adami, umbra haudquam videtur vel ex opposita luce; quia lux illi non opposita, tamen ex radice humana: in id splendor gratiæ summus; quasi ex Adamo non haberet Virgo corpus. Lucem primam alij corpoream, alij incorpoream appellant. Vide Peter. à nam. 73. Utrumque sanè impossibile, sed videtur in Virginis conceptione. Corpus oppositum luci, umbram efformat: ex corpore Adami adversus gratiæ lucem, umbra resultat: & dum Virgo concipitur humana, lux signatur corporea & incorporea; quoniam ut umbram adversus gratiam formaret, quasi corpus in corpore ex Adamo non haberet: igitur ut summum in eius conceptione eluceret miraculum, & nobile ad esse humanum principium; fecit singularis gratiæ, quod in umbra corporis non esset corporis umbra.

6. A Numine in signum valetudinis desperata Executiæ, paratam esse miraculum grande, sive in cursu revertente Sole, sive dumtaxat umbra Solis revertente: de quo ex professo latè exponetur controversia, & delicabitur, Tautol. 8. à num. 14. & seqq.

Genes. 1. 3.

Cur las primas

Didasc. quare horologium Achaz?

Marrac.

Mell. Souf.

a. Paral. 32. 31.

In umbra corporis venerat corporis umbra.

4. Reg. 20. 9.

feqq. Burgensis, ut ibi videbimus, dicit miraculum factum in umbra ex lace, sine interposito corpore, quasi accidens miraculosè sine subiecto, uti videtur in Sacramento Augusto; uti præmissimus, Tom. 2. T. 10. D. 7. n. 12. Unde iuxta præfatum Auctorem, miraculi materia & forma, quod sine illo corpore videretur corporis umbra: qua quidem positione, percutione Sole in temporis signum, horologium Achaz; necessarium est, quod si umbra tempus signabat sine corporis materia, corpus gnomonis esset coram radijs Solis procul ab umbra: aliàs umbra duplex esset in horologio: alia ex miraculo, alia ex corpore coram radijs interposito. Quapropter in huiusmodi articulo duplex miraculum fulsit: unum, quod umbra non haberet corporis causam: aliud, quod corpus opacum nullam spargeret umbram. Utrumque insigne miraculum: verum videndum quod in nostrum propositum, in horologio naturæ rationalis; cuius corpus est stylo protoparentis. Numquam in nostra conditione mundus corpus animatum vidit, quod umbram ex prima transgressionem non haberet: unde in Doctoris Gentium significatione, in unoquoque videtur caro peccati. Rom. 8. 3. Concipitur Virgo ex materia Adami, & connaturali corpore; & ubi concepta fuit, plauditur à Marraco, d. Sacrum horologium Achaz. Iurè, dum apparet in corpore lucis radijs, sine umbra ex supposito corpore: equidem eum à principio indispiceretur gratiam, quæ arceat humani corporis umbram; ad Solis Iustitiæ radios, quasi non haberet corpus. Non habuit ex prima transgressionem opacitatem, ubi vidit Solis lucem, insigni obiecto miraculo (in Adami protogenis horologio) singulari gratiæ, visâ nunquam in humana natura: igitur excellentia singularis, quod corpus haberet umbræ sine umbra corporis. Soufa de eius Conception. v. 88.

Corpore que terras habitat, sedes ubi gratia figit. Summaque dicitur fulgent miracula dextre.

7. Merito interrogatur Executiæ virtus, de portento quod acciderat super terram. Portentum est quasi de futuris signum, qui in Virginis conceptione videndum; ubi corpus coram Sole, sine umbra connaturali. Interrogat sapientia humana, quod non viderat in terra, & perfectura gratiæ: etenim vel inter media materia umbrosa ex Adamo; sine umbra facta intemerata conceptio. Perpen-

Tom. VII. Tautol.

de. In saltem Executiæ ascendit umbra: in Virginis conceptione descendit. Ibi umbra quasi interpositi corporis: hic corpus sine nota nigredinis; uti Rex surgeret, quia cecidit, & Virgo labi nequiret: etenim sine splendore in horologio naturæ, sufficit umbra corporis ad umbram, & sine umbra resplendet corpus ad gratiam. Picta pyramis supra quam directè Solis flammæ; & epigraphic: Umbrae nescia. Silvest. à Petra-Sancta, lib. 9. Symbol. heroye. cap. 2. In expressionem purissimæ Virginis conceptionis sicine pyramidis eligitur forma; quippe mirabile patet, quod corpus ad lucem subsisteret sine umbra. Virgo resplendet amicta Sole, gratiæ plenissima luce: igitur ita undique illustravit Solis radius; ut ad umbram corpus esset, quasi non haberet corpus. In templo Luxei lovis, ingredientiæ nullas è corporibus suis umbras reddere: ait Paulianus, cap. 269. & nos ex eodem & Causino, Tom. 1. T. 4. D. 6. n. 14. Hic dicebatur Iupiter Clarius, qui & Sol. Corpus gratiæ Solis, sine umbra magnum est. Maius portentum in hac purissima conceptione, gratiæ abundantissimæ divite luce: etenim hic corpus umbram non habebat in templo Solis; quid ingrediente Sole, illustrante templum Virginis: Corpus reddidit pellucidum gratiæ, dum concepta fuit Maria: umbramque corpus non habuit, quamvis Adamus corpus in horologio cognovit quia licet corporis perspicax materiam, corpus per transparentiam ex luce non habet umbram. Venant. Fortun. de Virgin. partu, à v. 214.

Rosa Solis adest: Sidereum speculum, illustris domus Omnipotentis:

Vultibus ex illis fulgura clara ferens.

8. Nuda pingebatur olim naturæ pulchritudo, in Gratiarum concilio. Ad Charar. in Vener. Imag. fol. 343. Gerald. Syntagm. 13. num. 1. Pier. Valer. 14. lib. cap. 8. & Munster. 3. Cosmogroph. cap. 433. sine gratijs vel pulchritudo in natura perfecta, dicitur nuda; quippequam nulla æstimabilis venustas in splendore donorum sine societate Gratiarum; quæ quidem ob ingenitum amorem, nudæ naturæ sequebantur pulchritudinem: unde Pamphil. Saxus, Carm. 19. vers. 7. accinit:

Et cui dant munera Gratia triformes.

Status pingi videtur in fabula, quo obijcitur per Adamum humana lapsa naturæ quia ab initio non fuit sic: etenim ut ait

4. Reg. 20. 11.

Symbola in pyramide.

Et tempus Solis.

Venanti.

Imag. natura.

Paphile

August.

Augustin. 12. Civit. cap. 9. Deus creavit, simul in eis & condens naturam, & largiens gratiam. Claret, gratiam & naturam simul notas, ex quarum consortio floruit in hominibus venustas: postque Gratia, post primæ supplantationis divortium, naturam minimè comitarur, sed sequuntur. Unde in esse primo natura dicitur nuda, privata comite gratia. Huiusmodi ferè videbatur natiura Virgo ex Adami radice: at per insignè miraculum, singulare privilegium, fecit utraque unum: equinumquàm apparuit in natura nuda, quam comitata a conceptione gratia. Non secuta pulchritudinem; quam non haberet, connotando originem. Cum illa stetit, & conditionem vel in humanis constituit: igitur ut signaret conceptionis excellentiam; accepit Virgo naturam & simul gratiam. Ad rem Theodoretus, Eadl. 16. v. 108.

Theo. crit.

Sine gratiis esse potest: Nullo modo. Haudquaquam sicine esset Virginis-matris conceptio: etenim in offensum pulchritudinis naturæ, aliterunt ad formam & gratia, & gratia. Ravil. Textor, Epigram. 8.

Textor.

Quam suavis placido comitata gratia vultu!

Genf. 38. a 19

Ventre recepta gratia pulchra sinu est. 9 Dubium occurrit in Virginis obsequium, quod excitat, sed delicat subleuens testimonium. Conceptio ergo Thamar: & instante partu, apparuerunt gemini in utero: atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in qua obstrictrix ligavit coxatum dicens: Iste egredietur prior: illo vero retrahente manum, egressus est alter. Chrysolom. in Matth. Homil. 3. Neque enim (inquit) consueti motus hoc fuit, ordinisque nature: nam pramissa quidem huius manu, alterum egredi; naturale forsasè sit. Retrahi vero istam, & transsum alteri cedere; non tam sit lege nascentium, sed profectò ex Dei gratia, que tunc aderat, ista dispensans, & nobis quandam imaginem futurorum, natiuitate depingens. Quid est hoc? Signatur eius conceptionis articulus, de qua natus est Iesus. Tunc in illa duplex apparuit factus: alter à natura, alter à gratia. Naturæ, ex Adam: gratiæ, ex maternitate Dei. Prior videbatur ut subiectum gratiæ, natura egressura Adami: ceterum retraxit manum, ut ut vidit gratiæ factum. Substitit in eius physica constitutione factus naturæ paulisper, & manu ad prioritatem retracta, illic egres-

Prior in illa gratia matris quæ materia filiationis.

sus est alter: igitur prior in Virgine gratia maternitatis, quam natura filiationis. Vide dicta, Tom. 1. T. 3. D. 1. an. 22. Motus huiusmodi non fuit ordinis nature, sed præcurrentis gratiæ. Ni in natura prius protulerit manum in humanam conditionem; inficiaretur, licet Adami filia, ab illo acceptam originem. Ex primiparæ temerato femine, privilegium asurum mundo mirabile, in Virginis conceptione. Concipiendam vidit, manum retraxit, prioritatem celsit; quo resplendit ex Dei gratia Matris præclara excellentia: quandoquidem maxima; quod in nature functione, prius in illa ut matre Dei, esset gratia, quam natura. Ordinem ergo naturæ superavit, dum in conditione conditionem præcurrentis: eversim si gratia naturam sequitur, dum factus ex Adamo in existentiam formatur; mirabilem Virginis designavit conceptionem, quod sequeretur sequentem. Suffragatur Damascenas, de eia: Natiuit. Orat. 1. Vitam (Anquit) habuit, naturam præstantiorem. A priore derivata in existentiam, præstantia; & posterior fuit physico in esse natura: equidem ante signum humanæ ex Adamo conditionis; iam fulserat gratia matris.

Damasc

10 Ex editis factibus elucet prærogative illustrissimus articulus. Qui protulit & retraxit iurè manum, naturam signans, fuit Zaran. Qui, vel illo obice, egressus est prior, fuit Phares; connotans gratiam, quia ad Salvatoris spectat genealogiam; cuius mater Virgo est, de qua natus est Iesus: priusque ad uterorum imaginem, in lucem egreditur Phares, quam frater eius Zaran; quia cum ex gratia Virginis esset maternitas, spectabat ad illam gratiæ prioritatem. Videbatur enim prior maternitatis Salvatoris gratia; dum ex Adamo in eius decus, condebatur filia. Patet Angeli testimonio, huiusmodi in Virginis conceptione cogitatio. De Verbi incarnatione alloquitur, illam (quam salutæ) gratiæ plenam, utpotè Salvatoris genitricem; & concipiendi factus exprimit existitiam, quo nihil in mundo & celo sublimius. Hic erit magnus. Argumentum difficile occurrit, Hic & Erit. Si erit magnus, non est hic. Qua veritate præsentem matri demonstrat, quem concipiendum prægnat? Expositio literalis, quia iam erat, antequam ex illa esset. Qui erit ex te, hic est, & antequam tu: Erit & hic. Unica profectò divina persona, cum duplici discretà natura: hicque magnus erit

Quomodo gratia prioritas?

Luc. 1. 32.

Christus ante quàm filius Virginis, filius ater natus

Quæ prodigia in conceptio pulchra

Virgil: de Ortu Sol.

Ubi sup

erit conceptione genitricis; qui est hic & sic, ex conceptione Patris. At hoc Tautolog. 5. Didasc. 2. per tot. in nostrum propositum, alter exponitur argumentum. Signatur enim ab Angelo, Salvatoris mirabilis, quia singularis, conceptio; unde illius eminet magnitudo; & ad conceptionem Hic & Erit iurè dicit; quippe mirabile quòd esset, antequam esset. Quod miratur in conceptione Christi, respectu duplicis essentia; respectu gratiæ & nature miratur etiam in Virginis conceptione: etenim erat mater Dei, & filia Adami: mater Dei per gratiæ copiam; Adami filia per conditionem humanam, quæ in esse participavit; quæ antequam esset, ex ore Altissimi mater Numinis prodidit. Quid ergo? Mater Erit: verum Hæc? Utiq. Hæc demonstrative, & erit: prius prædestinata in Salvatoris genitricem, quam humanam acciperet conditionem: & quæ Erit, dicitur Hæc; ut clarior conceptio sit: igitur purissimam illustravit, quòd esset, antequam esset. Quod esset genitrix, antequam genita: quòd gratia, antequam natura: quòd in conditione humana in momento conceptionis, prior eluceret ad esse, privilegium genitricis: etenim non illa existeret in natura, ni Matris. Virginis mira antecelleret gratia. De Aurora dicitur à Dionysio, 4. de Divin. nomin. cap. 4. ita respicere Solem, ut non sit aliud præter Solis lucem. Unde iuxta D. Thom. 1. part. quæst. 67. art. 4. ad 2. lux prima non Sol, sed Solis lux. In Sole Virgo posuit tabernaculum suum, dum humanam accepit in conceptione existentiam; respiciens primò Solis Iustitiæ genitricis gratiam: igitur in Aurora aliud esse nequit cogitari, quam ipsa lux quæ conspicitur in Sole. Prior videtur Aurora, sequitur Solis flamma: eadem lux est, quam terris præmittit Sol: sine Sole haud illa existeret, quia Numen, unum Auroram & Solem fecit: & in Aurora Maria, lucis Solis periprius videtur substantia; quippequàm ante humanæ existentiam conditionis, Solis Iustitiæ respexit dignitatem genitricis. En Virginis in conceptione excellentia. Lucet, quæ sit ista, quæ confurgens progreditur quasi Aurora. Mane rubens colores Solis induerat: Præviage flammiferi cursus Aurora parabat.

11 Haud in virgine minus gratia ex pulchritudine Lunæ: etenim, ut in conceptione resplendeat humanitatis forma, extollitur pulchra, ut Luna. Bernardus, in Tom. VII. Taut.

Virg. Serm. Panegy. 3. (post Sermones Alesumpt. Tom. 2.) n. 5. inquit: Tu ergo pulchra es, ut Luna: imò pulchrior Luna (quia videris sine macula, neque lumbis mutatione) quia tota pulchra es. & macula non est in te, neque vicissitudinis obumbratio. Esset vicissitudo, si è tenebris egrederetur in lucem, ut advenientem gratiæ reciperet venustatem: & non solum pulchra, ut Luna, sed pulchrior Luna plauditur, dum humana concipitur; quia sine mutatione, & lucis vicissitudine, à primo instanti habuit splendorem gratiæ. Pende. Pulchritudo Virginis non confertur à Sponso Lunæ fulgenti; sed fulgenti in prima productione. Unde articulus signatur; dum dicitur: Quæ est ista, quæ pulchra ut Luna progreditur: Quid quòd sic vel sic collatio, ubi eximia demonstratur pulchritudo? Ad Virginis nobilissimum encomium, totum singularis pulchritudinis momentum, Lunam in plenilunio creatam; alicuius Leonard. Marius, & Jacob. Bonfrer. cum Angel. Magistr. d. quæst. 70. art. 2. ad 5. Adamussum dum Virgo concipitur; & humana progreditur; Luna primò constituta speciositati comparatur. Eximia Lunæ pulchritudo, dum orbe pleno. Summa perfectio est in plenissima luce, & splendor in oriente: nullumque aptius Symbolum in Virginis pulcherrimæ conceptionem; quippe in conditione ostendit totius eximia perfectionis pulchritudinem. Aptius quidem. Progreditur pulchra ut Luna, & Luna plena, quia plene pulchra. At unde plene? Ex prodigio in conceptione: ex singulari gratia qua progreditur: ex præstantia splendoris, quo producitur, Lunæ conditionis æmula: quandoquidem maior gratia, haud quia pulchra in plenitudine lucis; sed quia plenitudo lucis in instanti conceptionis.

12 Perferretur. Corpus Lunæ duplici hemicyclo constare, alio lucido, alio obscuro, placuit nonnullis AA. Globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse (ait Rupertus, lib. 1. in Genes. cap. 42.) dumque movetur in circulo suo, partem qua lucet, paulatim ad nos converte; ut videri à nobis possit. Suffragatur cogitationi D. Thom. & 2. de celo, lect. 16. & in Psalm. 10. in princip. Exponitur præ oculis in Lunæ hemicyclo duplici, societas naturæ & gratiæ in Virginis purissimæ conceptione; quæ quidem Lunæ in sui constitutione confertur, dum in esse constituitur; ut luceret privilegium, & cuius Lunæ formatio esset in signum: igitur si lux natu-

Bernard

Fulget Luna splendor & Luna pulchrior

Gen. 2. 16.

Quærit

Rupertus

ra rationalis gratia, obscuritas generis lapsi natura; in primo instanti natura, effulset splendor gratiae. In ordine communi primò in hominibus videtur labis obscuritas, quam gratia fulgentis claritas: pulchritudineque Virginis assimilatur Lunæ, primo in momento plenissimè luce perfectà, radianti; ut prodigium esset gratiæ, vel ab ipsa conceptione; igitur non ita magnum, quòd gratiæ plenè videretur fulgor; sed quòd primò videretur. Liqueat unde huiusmodi gratia, & a substantiæ existentia. Lux & tota Luna à Sole. Transfusio in se Solari lumine, illuminat: subdit Bernard. ibid. Ad Solem Christum respexit, ubi primò fulgoris hemicyclum Luna mystica monstravit: equidem si in hominum conceptione solemne, natura ostendere obscuritatem; Virgo prius Solis prætulit fulgorem: prius in illa matris singularis pulchritudo, quam conditionis in conditione formatio: igitur prior in illa dignitas generitricis, quam ad illam existentia naturalis. Mitior cæli gratia, terris collocata Luna, eximio valde fulgore, Sole repercussio radiantis imagine Luna.

Lucan. 8  
1 barf.  
Apoc.  
12. 1.  
13 Habet Virgo Lunam sub pedibus, quia splendidior gratiæ radius. In plenilunio illam conditam vidimus. Hæc placuit; in novilunio creatam, quia eius imaginem de sub pedibus habebat. Suppositio præfata sanè destruitur, quippe perfectio plenitudinis evacuati videtur. Nullo modo: Ita præsignatur in conceptione immacolata perfectio Luna in novilunio nunquam per eclipsem obscuratur: inquit ibid. Concept.

Maye.  
Quædam de Virgo  
Luna no  
na ple  
na  
24. Positio videtur diversa, sed in propositione optima. In novilunio, Luna quasi concipitur. In plenilunio totam radijs illustratam miramur. Si lux in Luna Virgine gratia est, quam effudit in illam divinus Iustitia Sol à patre uterque status in conceptione Mariæ, quippe fultit plena gratiæ vel ab ipsa conceptione. Ideo nova, & gratiæ plena (quia gratiæ plena, mirabiliter nova) quin splendorem ex radijs Solis immutaret status, neque conceptionis tempus; etenim sic pati non potuit primæ transgressionis eclipsum; propter excellentem gratiæ plenissimam perfectionem. Quasi Luna plena in diebus suis luceat. Cur Quasi? Quia sine eclipsi. Non enim habebat dies, ut rutilaret plenitudine splendoris: & quasi in diebus suis Luna plena notatur, dum novilunio concipitur; quoniam Virginis ubi ostenditur conceptio, obijcit simul gratiæ tota plenitudo. Luna ergo sit sub pedibus Virgi-

nis, præstituta eius formà conceptionis. Luna nequit habere simul claritatis plenitudinem, & incipientis claritatis influxum in splendorem. Iaceat ergo, quia Maria etiam in novilunio luces quasi Luna plena: quandoquidem gratiæ progreditur splendore, vel ex primo ad existentiam conceptionis instanti. Hoc est privilegium conceptionis. Fulget sicut Luna perfecta in æternum. Sol est testis in celo fidelis, qui antequam ex illa lucem videret; illum Virginem ut matrem illuminavit. Sic enim à Sponso dicitur: *Una est perfecta mea.* Est Luna perfecta, & imperfecta. Imperfecta, in origine: perfecta in fulgoris plenitudine: Virgoque dicitur Luna perfecta, accipiens originem in humana natura: quippequam vel à conceptionis tempore, & nacta feliciter plenitudinem gratiæ. Reliquæ Sponsæ ut imperfecta Luna: una est quæ Luna perfecta: igitur in novilunio animata Virginis conceptionis, ex Solis radijs visa plenitudo lucis. Hæc dicit Dominus, qui dat ordinem Lunæ in claritatem; igitur splendor perfectæ Lunæ Virginis, ultra communem ordinem. Hic est in illa ordine natura & gratiæ habere feliciter lucem gratiæ: vel in principio naturæ. Respexit Virginem Sol. Elucet, de qua natus est Iesus. Conceptio nitet, Clara etiam prænitet celo quæm Luna refulget.

14 Etiam ubi gratiæ in conceptione præ se fertur lux, Virgo-Mater progreditur electa ut Sol. Maluenda: Quæ est ista, quæ progreditur pura ut Sol? An quia Iustitia Solis imago, vel dum concipitur Virgo? Dicit, quò suprà. Bernardus. Solis imago expressissima, inter milia astrorum Deo assistentium virginali puritate in celo gloriosa. Versio enunciat. Ut Sol pura, ut Sol electa: etenim Sol Iustitiæ, de qua natus, non eligeret in genitricem, ni vel in primo animationis momento cognosceret puritatem. Lux & Sol ortus est: dicitur à Mardocheo. Potest salvari huiusmodi tropus per Hendiadym: q. d. Lux Solis. Sed, ni fallor, arcanum aliquod latet in divisione, & prioritare lucis & Solis, expressionem conceptionis Virginis. Si Sol, sine luce non est. Quorsum igitur lumine posterior Sol? Quia, cum forma Solis sit lux, prius condita Solis forma quam materia. Materia est corpus luminatis magni: lux equidem forma corpori: diciturque prius conditio lucis, post Solis; quippe ad Solem maturè preparatus lucis radius, antequam Solis formaretur corpus.

15 Quasi balsamum non mistum dicit ipsa. Non mistum, quia in Virginis conceptione, tota pretiositas oritur ex puritate. Balsamum inter viperas gignitur: sed veneni omnino expertes; quod scilicet balsami pasta, odoris præstantissimi mistescit veneni acerbitas: ait Paulan. cap. 303. Quo intuitu (ut præmissivus, Tom. 4. T. 8. D. 6. n. 1.) lemma viperæ, ramo balsami accedenti, Venio postura venenum. Ad Theophrast. 4. de Plantis, cap. 6. An in singulari gratia, maior Virginis indicatur excellentia? Utique maior, ubi puritatis conceptionis præ se fertur splendor: equidem si à vipera, natura humana, venenata, corporis designatur efformationem: quòd corpus à natura, sine corporis veneno. Dicam merito ex Venant. Fortunat. d. à v. 119. O Virgo insignis, mater pia, nobile semen, Atque sacro fœtu progenitura Deum! Peccati iaculo defixa in stirpe cicatrix: Ulcera nulla geris, nec levi signa patens. Hæcine obiter delibavi, propter singularitatem cogitationem Plinij. Ita ergo de balsamo loquitur, lib. 12. cap. 25. Maxime probatur, quod ante semen fluxit. Secunda gratia femini. In postremo salitur, dum

Cur Luna perfecta sit

Psil 88, 18.

Canticum 68.

Ieremi 31. 35.

C. f. Get man.

Ubi sup Maluca

Bernard.

Imago Solis Sol.

Esth 18. 11. Hendiadys.

Greg. Naz.

Vil in momento conceptio nis, prior excellen tia geni trici s.

Eccli. 24. 21.

Paulan.

Corporis conditio sine corporis veneno.

Venant.

Plin.

Accumen est Nazianzeni, Orat. 43. Forma (inquit) Solis lumen est. Ut maioris cuiusdam miraculi specimen ederet; formam materiæ priorem protulit. Cognoscimus lucis prioritatem, in cuius miraculum, efformatum specimen. Sol plauditur, & iurè, in conceptione Maria: lux in conceptione est gratia: minimeque in existentie origine enunciat Sol & lux, sed econtra lux & Sol; quippe ad eius conceptionem vigil extiterat gratia, priusquam corpus formaretur à natura. Si prius corpus Solis, esset impurum per absentiam splendoris lucis. Prior esset ex Adamo materia, quam è celo gratiæ forma: Virgoque electa in matrem, dum puram notat originem, & corporis conditionem; quoniam adhuc in formatione materiæ, ut nitidus Sol replenduit lumine gratiæ. Prædefinita fuit primùm in matrem Dei (de quo infra) quam in corpoream substantiam ex Adam, qui corrupturus prolem, per vitiaam ex transgressionem radicem. Ex hac itaque substantia, sed non vitata, formatum corpus Virginis in momento conceptionis: priusque in luce ostenditur gratiæ radius, quam Solis Virginis corpus; qui ad materiam ex Adamo conceptionis, præverat in splendorem, gratia lucis generitricis.

16 In mythologia Ethnicorum, vulnere Orpheo, capiteque præciso, fixam, rigulè serpente in saxum, cum virulentum eorum Sole caperet inferre morsum. Ovid. 11. Metamorph. fabul. 1. succinite Hic ferus expositum peregrinis anguis arenis, Os petis, & sparsos stillanti rore capillos Lambis, & hynniferos inhiat divellere vultus. Tandem Phœbus adest, morsumque inferre parantem, Congelat, & patulos, ut erant, obdurat hiatus. Apte Sol (præciso capite Adam) in Virginis conceptione, adest in gratiæ luce: dum vellet anguis tortuosus (quia mortuum caput) inferre morsum, & deturpare vultum. Unde in saxum convertit, dum virulentia tumuit; quippe ad originem sordis, serpens erat tamquam lapis. Ex illo capite vulnerato, erat ad Virginis conceptionem orato. Respiciat in femine radicem; sed Phœbo presente, potius quod fuit ante semen: quo quidem faucio capite protoparentis, caput confregit draconis: etenim cum in illa, uti in balsamo, præstantius, quod ante semen; in Dei prædestinata purissimam generitricem, antequam pater Adam constitueretur in patrem. Nonnullis D. D. placet, gratiam collatam Virgini singularitatem eiusmodi privilegij, connotata labe transgressionis

Quarta balsamo puro conditur

Class. de Laud. Seren.

Ovis

Quomodo confregit caput draconis

Ada

Ordo decretorum Dei in eius purissimam conceptio nem.

Adami: ita ut consisteret ex eo gratia, quod in Adamo potuit transgredi; ceterum non est transgressa: quasi ad originis peccatum haberet debitum; sed nullum ex origine peccatum. Longe ab eo ab huiusmodi cogitatione. Ordinem decretorum in eiusmodi articulo exhibui Tom. 1. loc. cit. a n. 24. & Tom. 5. T. 3. a n. 132. regerere superfedeo. Videlicet. Quia Virgo ante Adamum decreta, & Adamus propter ipsam; non solum immunis ab originaria labe, sed etiam a necessitate debiti. Adi Christophor. Vega, in Marian. Theolog. n. 131. 146. 568. & 577. Maria etiam a principio non solum ornata gratia; sed gratia plena. Gratia igitur super gratiam, antequam mundus videret sanctam & pudoratam eiusmodi feminam: gratiaque super gratiam designatur, dum ex Adamo concipitur; quippe eius labem in conceptione non solum non contraxit, sed nec potuit.

Ecclesi. 12. 19.

17 Perferentur difficile Scripturae testimonium. Holofernes arcu circumivit Bethuliam, sed Achior in senatu illum edocuit, desperare victoriam. Tyrannus risit, & adversarijs illius arrogantia & fastus lubido dedit; ut etiam ex illis inter manubrys hostium, erigeret nobilissimum trophaeum. Suscepit & festivo Synagoga, quem insolentia procecerunt castra: & in solatium cordolis sidenter dixit: Cum Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis; sit & secum Deus. Difficile videtur, quod auditur.

Eudith. 6. 18.

Quanam in libertate gratia, gratia libertatis

Libertatem? Quanam ergo per hostem contraxerant servitutem? Liberi sane erant: unde conferendam libertatem nominant? Est libertas insignis, quae dicitur gratia libertatis. De libertate & eius circumstantijs, conditionibus & differentijs, differendum, Tom. seq. T. 4. fusc. a n. 21. Est libertas singularis, sine vexamine subiectionis. Est libertas post servitutem, & est ante servitutis gravamen. Utrobique gratia Numinis est, sed ante amissionem libertatis, quae libertas, gratior fit: gratior merito sine servitute praedicant libertatem; quippe Deus protexit, ne liberi contraherent ab hostibus servitutem. Si post mancipationem eriperet, & libertate donaret, esset sane beneficium; sed non optimum: felices essent, sed post infelicitatem. Modo forebat libertatis felicitas, quoniam ante servitutem: & huiusmodi libertatis extollunt donum; quippe gratius, in periculo libertatis, non experiri periculum servitutis. Praeservativa gratia

est, quae in tanta quasi necessaria angustia, mirabiliter perfecta a Numine fuit; cum usquequaque esset in prociuncto numerositas hostium, quia naturaliter posset cogitari effugium: iurque plauditur de caelo libertas; quia verè in gratia collatione felicitas, non solum in periculo gaudere charismate libertatis; sed nec contrahere debitum servitutis imminens.

Candida libertas hoc peperere decus.

Ravif. 41

18 Restat investiganda in gratiam libertatis illustrior gloria. Pendere verba: Cui Dominus Deus noster dederit hanc libertatem servis suis. Hanc libertatem? Quid? Estne alia? Et sublimior, & gloriosior. Qualis? Haec. Quoniam in conceptam gloriam? Libertas, in qua gratia super gratiam. Nota articulum, arque Numinis miraculum. Vallavit hostis Dei civitatem, a quo mirabilem expectabat protectionem; igitur libertate gaudebat, quamvis hostis impugnavat. Gratia profecto, ab hoste in servitutem non capitur gratia, servituti obnoxiam esse, & debitum non contrahere: adhuc super huiusmodi gratiam gratia pretiosior addenda; quae quidem caeliis ita arcebat servitutem, ut minime posset amittere libertatem: hancque libertatem a Domino signat civitas, ut gratiae excellentioris constet summitas: igitur superioris gratiae ad libertatem cessitas; non solum in debito servitutem non contrahere, sed gratiae pretiositate, nec posse. Flammis gratiarum impetus laetificavit civitatem Dei Mariam, dum contulit (ne in servitutem demonis caderet) cum natura primam gratiam. Obnoxia huiusmodi servituti erat infelix natura protoparentis Adam; ex qua originem contraxit Virgo, dum facta in esse naturali conceptio: deditque Dominus gratia insigni in ipsa conceptione, libertatem, quantumvis ab aera natura participaret originem; ut constaret de caelo civitatis praesidium: quandoquidem in libertatem servitutis singulariter magnam; in debito conditionis, nec recognoferere conditionis debitum.

Quae gloria gratia

Nec potuit contrahere.

Matth. 21.

Ioann. 4. 25.

Mantuan. 9. Eclog. 7.

Q. Curt.

Ut Sol in crystallo suiget.

Haud debitorum co-traxit ad crimina originalia.

Lucret. 5. v. 19.

Mell. Souf.

Et validas valuit evi rescindere leges. 19 Haec est libertatis gratia, sed non summa. Gloriosa dicta sunt de te, Civitas Dei. Restat gloria in huiusmodi gratia, cuius scopus, quod sit conditionis impossibilis servitus. Mirifica libertas, immunitas a debito servitutis: sed amplior gratia in pretiositate libertatis, quae videnda, dum Orbis Numinis miraretur genitricem; Deaque illi hanc contulit libertatem;

DIDASCALIA VIII.

Clarius encomium Mariae, quod mater misericordiae.

GRAVIS Mater in Rempublicam Livia, imperatrix & uxor Augusti, taxatur a Cornelio Tacito, 1. Annal. cap. 10. Speciosa Mater & suavis in delicijs suis Sancta Dei genitrix: quandoquidem manus eius plenz gratiarum hyacinthis: vel diffusam in labijs continet gratiam & suaviter, ut trahatur hominum corda propter innotam dulcedinem. Nazianzen. in Traged. Christas patienti, a v. 659. accinit.

Tact.

Virgo bonitatis, mater suavitatis dulcis.

Mater, Regina, Domina, Quovis in loco salus. Mortalibus Amica: generis humani bonum.

Greg. Nazianz.

Non Mater gravis, sed dulcis. In dulcedinem sufficit nomine Matris. Dulcedo lactis est (inquit Bernardus, de Deipar. ferm. 2. n. 6.) Totius boni plenitudinem possit in maria: ut proinde siquid spei in nobis est, siquid gratiae, siquid salutis, ab ea novimus redundare. Hortus plane deliciarum, ut undique fluant & effluant aromata eius; charismata scilicet gratiarum: etenim quamvis acculent reos perpetrata flagitia; cuncta excusar suavitate Matris gratia. Ovven. lib. 4. Epigram. 171. exclamat:

Bernard. Illorum patrona.

Virgo beata licet communi voce voceris, In mulieribus es tu benedicta magis: Nil tibi prodesse, si tantum Virgo fuisses;

Ovven.

Quantum at prodes, o! quia mater eras. 2 Universi mundi votum (ne fit) expeperit Virgini patrociniom, tanquam a Regina maiestare, atque potentis favore. Unde corditus exclamat ex clientela, humana tanta natura: Salve Regina, mater misericordiae. Breve itaque encomium, sed suavitatis plenum. In misericordia quidem eius effulgarat pietas; in Matre suavitas, in Regina potestas; ita ut in gloriam Virgini excellentia sint nostra commoda: demonstrat enim in pietate, gratiae insignem magnitudinem: ut Regina praeminentem potestatem; & ut Mater generis singularem amorem. Huiusmodi plausus praeelectione lingua, tantum valebant praedicare corda; ut crebris gratijs zque responderent pectora. Plures enim ho-

Quae & quanta dona ex illis





hominibus confert, quin cognoscat, nisi qui recipit; quàm eis, quas Ecclesia generaliter extollit. Plures sunt, & amplioris magnitudinis, quæ ad favorem singulares; quàm quæ à dignatis designantur ut communes: unde cum encomiastes debeat esse gratiarum, qui amplius per illas tantæ matris invenerit patrocinium, si in cordibus multiplex, continua, maiorque gratia; gratias Virginis dumtaxat debent exprimere corda. Protectionem eius, postestatem, & in genus humanum, animum gratis proclivem, præsignat Psalmographus (dum Deo dicit: *Astitit Regina à dextris tuis, in vesitu deurato, circumdata varietate.* Iuxta Hieronymum, in *scutulatis*, ut per scutum indicetur patrocinium; quippe in hominum auxilia, mille clypei pendunt ex ea) & ut Virginis donorum formetur perfecta laus; præ se fert linguam & cor. *Eructavit* (inquit) *verbum bonum: lingua mea calamus sericeus.* Lingua tantum cum corde in gratiarum instrumentum: Profectio appositum. Sunt pleniores gratiæ particulares à Virgine, quæ à reliquis ignorantur, & à gratiis dignatisque cordibus cognoscuntur: necitque linguam & cor, ut plenè respondeat donis Virginis David; ut doceat gratijs insignitos adæquatam gratitudinem, in Virginis-Matris obnoxiam venerationem: igitur exigue reponent pectora gratias, nisi cuncta corda convertantur in linguas. Sicut Virgines manus hominibus favent;

Psalm. 44. 10. Hieronymus.

Nect. 2.

Eius plausus proprie dicuntur à cordibus.

Virgil. 4. Æneid. V. 181. Ubi sup.

Imagines dicit.

Vel pro non suis ostendit ubera matris.

*Totidem ora sonent.*  
 3. *In vesitu deurato. In scutulatis.* In uberibus (Vide Lorin.) quia seuta in uberum forma. Haud huiusmodi supremæ Regine cultus latuè Ægyptios: quandoquidem sicine ornarunt suam Isidem, quam vocabant *Mammotam* (de eâ agemus in *Ephemer. 7. Ianuar.* ex Kircher, in Tabula Bembin. Tom. 3. *Oedip. Copt.* Syn-tagm. 1. cap. 5. Unde ut notat Anonym. ad Natal. Comit. *Mytholog.* observat. 14. quam excerptit ex Maiolo, Tom. 2. *Colloq.* 1. Idem dicebant Virginem, quæ paritura humani generis Salvatorem.) quorum Mythologiam emulantes Ephesini, suam Dianam effinxerunt *Multimamiam*, ut ibidem, dicemus, 26. *August.* n. 8. In rem ergo lux huius ambæ, ut malis conster, quod Virgo-Mater gessit; quàm Ethnicissimus finxit. A dextris iudicis supremi assisit maiestate throni, superiore tribunali; quæ virgo peperit Salvatorem Mundi. Eius in situ deauratur vestis, sed seu-

tulis, ut homines respicientes ornatum, latentur ob patrocinium: etenim sui eius validissimo scuto, evanescit tribulatio. Hic namque cultus gloriæ, intra præcordia Mariæ, cuius pietate protectio, etiam dum venit afflictio: quandoquidem insignum protectionis, vel pro non suis ostendit ubera Matris. Innuat nostra Tautologia. *Homo natus filius de muliere.* Quid? Miseriarum gravatur multitudine. Alia sanè præsignatur ex femina excellentia filiationis, in qua molestiarum specimen libertatis; nimirum filiatio à Virgine, quæ mater misericordix: diciturque medicatur, *filij natus de muliere*; quia ab illa homo cognoscitur filius, quamvis ex illa non natus.  
 O Virgo excellens vincens super omnia matres!

Job. 14. 1.

Homo eius filius, licet ab illa non natus. Venant.

Dicam ex Venant. Fortunat. de *Partu Virgine.* v. 203. Elucet in genus humanum seuta valida, & genitricis ubera: quandoquidem videt matrem, quam non habet genitricem.

Psalm. 112. 9.

4. *Matrem filiarum latantem*, inquit Psalmista, expressa meditantem in periodo materiæ supposita; ut præmissus in *Litter.* à n. 34. Aliquod utique arcæum sententia in documentum includit, ubi in propositum quod subintelligit, profert. *Matrem filiarum:* Quæ non? Virgo mater Christi, in hominum protectione: equidem singulari fecunditate amoris, cunctis ostendit viscera & ubera matris. Indicat Sponsus. *Venter tuus* (plaudit) *fecit acervus tritici, vallatus lilij.* Virginis elucet fecunditatis decor, ubi ventris purissimi murus liliorum candor. Verùm in eius virginitate fecunda, metaphora videtur impropria. Virgo Maria unicum habuit filium: quorsum igitur flos Sponsus designat tritici acervum? In tritici comulo multa sunt grana, quæ in ventre filiorum nata. Unde ergo multitudinem continet, si unicum dumtaxat genuit? Ex ubertate amoris, in ostensionem mirabilis genitricis: equidem filiorum habet acervum; quoniam mater non filiorum. Liquet. Unum enim habuit, & plures ostendit uterus; ut ipse sic *primogenitus in multis fratribus*; & in uno, filiorum demonstrat acervus; quoniam dum unum habuit, propter unum plures genuit: etenim cum sine illa, fulgine iniquitatis essent homines; illos amore genuit fecunditate gratiæ, ut essent conformes imagini filij sui. *Primogenitus in multis fratribus.* Qui unicus, dicitur primogenitus. Astruit Lu-

Cantic. 7. 2.

Qualis eius fecunditas ex amoris re, quare?

Ro m. 8. 29.

Luc. 2. 7

Lucæ testimoniura: *Peperit filium suum primogenitum. Filium suum:* ergo etiam gnati, qui non sui. Hic est Virginis plausus, quod feliciter maternitas extendatur in non filios. Filius, qui in illa conceptus, & ex illa natus, singularis quidem amoris gratia, Virginis videtur charitatis viscera: incensum flammâ dilectionis dulcissimum pectus; dum homo eius feliciter filius, licet ex illa non natus. Qui primogenitum respectivè nominat, alios filios relatione designat: Salvatorque nosler Virginis primogenitus dicitur, ubi ex illa in lucem editur; quippequam præ excessu amoris, videtur etiam homines filij Virginis-Matris. Vide alia Tom. 2. T. 2. D. 12. à num. 14.

Ubi sup.

Quomodo qui non filij, filij sui?

Matth. 1. 45.

In quo Christi micat gratia mediatrice?

Joan. 6. 27.

ter cœlestis Filium ut filium signavit? Ille non solum filius, sed etiam naturalis, eiusdem essentix & conditionis: & hunc insignem signavit? Planè, ut à reliquis distingueret: igitur filium declarat, quem genuit eius intellectualis cognitio; ut ab illis discerneret quos gentura dilectio. Filium signavit naturalem, ut alij genitij viderentur per amorem. Si non signaret, homines à forte faultâ filiationis excluderet. Alia alterius generis futura filiatio, quæ nimiam Patris exprimeret charitatem: præter intellectus naturalis filiationem; ut postquam visa fecunditatis intellectus claritas, voluntatis etiam videretur fecunditas: filiusque naturalis à Patre meditante signatur, uti unigenitus primogenitus generi humano proponitur; quoniam in visceribus paternis, plenis amoris, etiam homines, & hæredes beatitudinis. *Hunc Pater signavit*, cuius in sigilatione patrocinium mediatoris altè præmisit; quoniam præ malitia, vel vitiatâ origine, natura humana deficit à Conditor: etenim per illum filium dilectum, desuper filium signatum & in genere humano numerus vitus filiorum.

Tota eius gloria, hinc minibus gratia.

Bernard.

Ubi sup.

Virgine sollicitudo, hinc numerum filiorum conculatio.

7. Quanta de hominibus sollicitudo Virginis! Ostenditur curâ matris, & flammâ amoris. Propensè incumbit, ut oblit humanæ degeneris conditionis, sint filij Patris cœlestis: etenim per eius precum energiam, gratia cœlestis illustrabit naturam. Per Virginem? Utique: habet etiam ut Regina potestatem. *In eius sinu omnes Thesuros suos absque mensura transfudit:* subdit Bernard. num. 2. in *Deipar. panegy.* Verùm quomodo? Pende prafatum testimonium, & scrutare. *Ut sis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* In cœlis est Pater nosler; Virgoque fatagit, quod sint homines in cœlis, ubi Pater. At videntur implicare verba in huiusmodi clausula: igitur supponit quod abnuit, & simul inficiatur quod supponit. Si sollicitudo Virginis; ut filij Patris sint homines in terra sint; ergo non sunt. Si non sunt, qua ratione præmittitur, *Pater vestri:* Non enim pater esse valet, ubi filios relatio ad respectum non supponit. Notatur gratia in protectione Mariæ, ad obsequium frequens conditionis humane; & quomodo Numini grata; traditis illi charismatum theauris absque mensura. Homines Dei (naturâ) non filij, sed adoptione; quam habere non possunt, quoties à gratia recedunt. Filij sicine non sunt: & excitantur à Virgine, dicente; *quod sunt, & sint*; quia

5. Hinc dicitur emphaticè; magni humilmodi fecunditatem esse, ac præclaram virtutem, *Matrem filiarum latantem.* Frequens ex filijs matrum hilaritas, quia in fecunditate conciliatur auctoritas. Maius Virgini gaudium, quippe maius privilegium; cum sit mater non filiorum. Facit gratia, quod inficiatur natura: illaque floret ampliore auctoritate, gaudetque singulari exultatione; etiam iuxta se videt filios, qui non filij. In virtutes Sator, & Redemptor N. excitat audientes; ut gaudeant vitâ felici, divinæ studeant gratiæ: *ut sis filij Patris vestri, qui in cœlis est.* Filij Patris cœlestis? Qua lege? Unus est enim filius Patris: quomodo igitur poterunt felicitate huiusmodi filiationis? Per gratiam & adoptionem illo reconciliante animum dedignantem; quoniam ad hoc in hunc mundum descendit, ut periculum alienam à se Pater cœlestis originem adoptaret: in filiationemque supercœlestem homines excitat, dum ad se aberrantes in cœlum vocat; ut prodigium viderent in terris, intercessione potentiore mediatoris: igitur prodigium, quod uti filios Pater cœlestis cognoscat, quos non generat. Ab illo concilianda gratia, qua denudata natura; in quo constabat Redemptoris gloria: quandoquidem in eius amore magna; quod eius ob patrocinium, Pater cœlestis, pater esset non filiorum. Cognovit mundus, in quem venit caro factus; ut adoptionem filiorum reciperemus.

6. Hinc ille dixit: *Operamini non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis: hunc enim Pater signavit Deus: id est, nisi filium dilectum, ut constat ibid. cap. 1. à 32. & Matth. 3. 17. Ut quid Pa-*  
 Tom. VII. Taut.

K

facit

facit eius potentia, quod filij sint, qui non sunt: etenim per Virginem nanciscuntur adoptionem, quam possidere ad caelestia non valebant per originem. Filium, mundi Salvatorem, in pignus maternitatis possedit. Hunc ex utero, quae Mater-Virgo signavit: sed quorsum? Ut eluceret in homines amoris decus, illos respiciere ut filios, & elargiente intercessionis thesauros: quandoquidem filios innumerabiles possidet Virgo per gratiam, cum unicum genuerit solummodo per naturam.

Nonn.

Tu enim virginitatem amans, Paris novos filios.

Dixit aliò Nonnus, 48. Dionysiac. v. 835. Novos, & noviter. Novos, quippe non naturales: noviter quia quos non prodidit uterus, genuerunt viscera amoris.

8. Virginitas dicitur sterilis, in cuius signum obijcitur ignis: unde Ovidius, 6. Fastror. v. 283. ut vidimus Didasc. 6.n.2. accinit:

Ovid.

Lurè igitur virgo est, quae semina nulla remittit:

Nataque de flamma corpora nulla vides. Modò proclivè delicabitur testimonium Haic. Dicit ergo sterili Ierusalem, idest virgini (qua de causa ipsa, Ego sterilis & non pariens: v. 21.) Leva in circuitu oculorum tuos, & vide: omnes isti congregati sunt: venerunt tibi: Adhuc dicent: Filij sterilitatis tuae. In te fecunda virginitas, & castae generationis singularis pulchra claritas; igitur vel tu dices: Istos quis enutrivit? & isti ubi erant? Dices in corde tuo: Quis genuit mihi istos? Speculum exponitur in Mariam fecunda virginitatis, & novae per amorem generationis. Filium habuit non sterilis Virgo: unde ergo illi modò multitudo filiorum? Unum concepit, unum peperit. Alios quis illi genuit? quis enutrivit? Sunt filij virginitatis eius, quos non continuit uterus, sed genuit pectus. Non erant, quousque filium suum primogenitum concepit: & modò mater novos noviter innumerabiles videt; quoniam (si à gratia in dona caelestia acceptio, & nova ex generatione generatio) sollicita ut mater, viso crimine noxae; in filiationem novam restituit Numinis gratiae. Vidit non suos, à lege devios, à gratia remotos, & concupivit ut suos: sine amicitia cum Deo, fieri nequibat adoptio, ex qua in filios generatio: amor ducebat, quippe genus humanum uti mater deperibat: & qui non filij sterilitate generis, sunt filij & innum-

Isti. 49. 28.

A veris. 21.

Homines filiosque re concipit, quia gratia restituit.

merabiles; etenim potentia intercessione Virgo uti mater obtinuit, quòd non filijs in filios gratiam Salvator conferret, accipientibus per illam beneficium libertatis, e servitute tyrannicè dicta demonis. Ad rem intentus aliò qui supr. 22 de Arte, v. 289.

Libertas alicui fuerit promissa tuorum Hanc tamen à domina fac petat illa tua.

9. Uterius: Isti (dicit cor Virginis) ubi erant? Sub potestate diaboli, qui ut canit Claudianus, 1. in Rufin. v. 304. Corruptos Stygià pestem desudat in omnes, Et avidus prado tam non per singula facit.

Ibierant miseri, sub truculenta hostili captivitate: sed isti venerunt tibi, qui est refugium peccatorum, cuius uti in matre vel non filij, ut filij fiat, nanciscuntur patrociniū: & cum nemo recurrat anxie afflictus ad Mariam, in cuius vultu non inveniat matris gratiam; per levan pectoris gemitum, de potestate eripuntur tenerarum. Venerunt tibi. Ni venerint, peribunt. Felices, quia venerunt, & tibi venerunt: equidem visceribus matris a te suscipiunt, & poterit à pressuris in solatia liberantur. Venerunt tibi, sicut est omnium Regina (ait Idiota, de Contemplat. Virg.) sic etiam omnium advocata & patrona est; & cura illi est de omnibus. Nemo est, qui se abscondat à calore eius, idest, dilectionis & charitatis. Filios fovet, non filios trahit, illorum hostem prèmit, mille nocendi artes impedit: & ita protegit mater, ut homo ab hoste sit liber; quòd nullo modò à certamine recedat, donec inimicum in gratiam hominis vincat. Plangit Claudian. ibid. à v. 297.

Certamen sublime diu, sed moribus impari Virtutum scelerumque fuit. Ingulare minatur:

Tu prohibes. Ditem spoliat: tu reddis egentem.

10. Fax elucet, ut originem intecatur amoris Virginis, in tenebras obtusissimè auctoritatis. Quid aliud est Virginis uterus, quam misericordiarum thesaurus? Ita Richard. à S. Laurent. de Laudib. Virgin. lib. 4. Quorsum ut astruatur miserationum thesaurus, signatur Virginis uterus? Signetur eius cor, signetur pectus. Idem est. Uterus destinatur in prolem: cor in pietatem: & dum Virgo ostenditur ut misericors, matris describitur uterus; quippe in anxietates atque pressuras hominis, nonnumquam Virgo beata ostendit viscera matris. Leva Virgo beata.

Idiota. Regia (ait Idiota, de Contemplat. Virg.) sic etiam omnium advocata & patrona est; & cura illi est de omnibus. Nemo est, qui se abscondat à calore eius, idest, dilectionis & charitatis. Filios fovet, non filios trahit, illorum hostem prèmit, mille nocendi artes impedit: & ita protegit mater, ut homo ab hoste sit liber; quòd nullo modò à certamine recedat, donec inimicum in gratiam hominis vincat. Plangit Claudian. ibid. à v. 297.

Certamen sublime diu, sed moribus impari Virtutum scelerumque fuit. Ingulare minatur:

Tu prohibes. Ditem spoliat: tu reddis egentem.

10. Fax elucet, ut originem intecatur amoris Virginis, in tenebras obtusissimè auctoritatis. Quid aliud est Virginis uterus, quam misericordiarum thesaurus? Ita Richard. à S. Laurent. de Laudib. Virgin. lib. 4. Quorsum ut astruatur miserationum thesaurus, signatur Virginis uterus? Signetur eius cor, signetur pectus. Idem est. Uterus destinatur in prolem: cor in pietatem: & dum Virgo ostenditur ut misericors, matris describitur uterus; quippe in anxietates atque pressuras hominis, nonnumquam Virgo beata ostendit viscera matris. Leva Virgo beata.

Idiota. Regia (ait Idiota, de Contemplat. Virg.) sic etiam omnium advocata & patrona est; & cura illi est de omnibus. Nemo est, qui se abscondat à calore eius, idest, dilectionis & charitatis. Filios fovet, non filios trahit, illorum hostem prèmit, mille nocendi artes impedit: & ita protegit mater, ut homo ab hoste sit liber; quòd nullo modò à certamine recedat, donec inimicum in gratiam hominis vincat. Plangit Claudian. ibid. à v. 297.

Certamen sublime diu, sed moribus impari Virtutum scelerumque fuit. Ingulare minatur:

Tu prohibes. Ditem spoliat: tu reddis egentem.

10. Fax elucet, ut originem intecatur amoris Virginis, in tenebras obtusissimè auctoritatis. Quid aliud est Virginis uterus, quam misericordiarum thesaurus? Ita Richard. à S. Laurent. de Laudib. Virgin. lib. 4. Quorsum ut astruatur miserationum thesaurus, signatur Virginis uterus? Signetur eius cor, signetur pectus. Idem est. Uterus destinatur in prolem: cor in pietatem: & dum Virgo ostenditur ut misericors, matris describitur uterus; quippe in anxietates atque pressuras hominis, nonnumquam Virgo beata ostendit viscera matris. Leva Virgo beata.

Idiota. Regia (ait Idiota, de Contemplat. Virg.) sic etiam omnium advocata & patrona est; & cura illi est de omnibus. Nemo est, qui se abscondat à calore eius, idest, dilectionis & charitatis. Filios fovet, non filios trahit, illorum hostem prèmit, mille nocendi artes impedit: & ita protegit mater, ut homo ab hoste sit liber; quòd nullo modò à certamine recedat, donec inimicum in gratiam hominis vincat. Plangit Claudian. ibid. à v. 297.

Ovid.

Claudia

Refugiū est peccatorum penitentibus. Ibi.

Idiota.

Claudia

Richard

Ex gratia constant in Virgine matris viscera.

Et in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati venerunt tibi. Ad illos tuos misericordes oculos suavitate converte: igitur tui erunt, si venerunt tibi: quandoquidem qui tui sunt (vel tui volunt esse, relicto crimine) ita amplectitur dulcedine pectus; quòd dirigas gratia & diligas ut filios.

11. Infelices, qui matrem cognoscentes, recedunt à matre. Isti venerunt, verum non venerunt tibi: siquidem tibi non venit, qui virtutem tuam non sequitur, & agnoscit. Isti ubi erant? Ubi peribant. Venerunt tibi, verum foto scelere: & tibi non venerunt, quando tibi appropinquabant; quoniam venientes remanserant unde venerant. Appropinquarent & steterunt. Non te propter te, sed propter se fauve desiderarunt, quasi vitiorum eius patrociniū: peccatorum, non peccantium, penitentium: & tibi non venerunt, qui congregati sunt tibi; igitur non tam cupiebant, arceri per te afflictiones, quam quòd protegeres illorum iniquitates. Efferebatur filius unicus matris suae. Ut quid suae, si filius refertur matri. Ut eluceat relatio mutua, si à Virgine pia matris petitur gratia: equidem est filius matris sic amoris scopus; non mater, ubi non filius. Potens est, & impotentem audax flagitij efformat, dum matrem veneratur, & filium lauciat: nec bene velle potest, aut in gratiam extendere manus; si vident filij vulnus. Filiorum propria sunt erga matrem obsequia, minimè plaga: & verbo tenus devotis pariet infernus, quippe declinant in obligationibus. Aliter contingit, si matri filius, uti filius respondet. Maria filiorum non potest non esse mater.

In illa non matris inquit, quòd non filius, devotus. Luc. 7. 22.

Ioan. 19 à 26.

12. Hanc in cruce pendens vidit Iesus, cuius aspectu plustquam vulneribus, transfixum nobile cor: conversusque ad illam, ne relinqueret matrem inhonoratam, visoque Ioanne dilecto, in quo florebat cum fide redamationis spes; dixit Matri suae: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua. Quare igitur prius matri designat filium, quam filio matrem? In indicem vanae aliorum fiducia, ex fu-

tilli nominali devotio; ex qua ostendentes criminibus Salvatorem, Virginem invocant matrem. Debet profectò Virgini-Matri devotus, sese gerere uti filius: & filium matri Salvator signat, dum illi matrem Virginem nominat; quippe tantè venerandae matri matris sane non est honor, si inter filios vocales non fuerit filius. Filiatio haec non constat vocibus, sed operibus. Haud cohaerent vita prava, & summa celebris Virginis innocentia, nec in ista professione vitiorum atque virtutum certamina; cum vita Virginis detur in filiorum emulationem: signaturque filius, priusquam in ligno pendens nominet matrem; quippe mater illa clarissima non est mater, si à vita matris filias invenitur pravè degener. Econtra filio accidit, qui corde, & opere filiationi responderet. Si filius, statim materni amoris in Virgine invenit pectus: & dum filius Ioannes nominatur, in matrem Virgo proponitur; quia ita prompta in illa gratia, ut occurrant matris viscera, Non est distantia inter matris auxilium, ac filiorum respectum. Est filius? En matris munus & manus. Non degener? Ecce mater: etenim prèvenit afflictionem matris protectio, antequam veniat afflictio. Christus tunc illi filium designat, quippe per filios honorat: est enim honor matris, filios non habere degeneres. Tribuit huiusmodi honorem, matrem filiorum latentem, & non filios fallidientem, quorum cor longe, & solum voces in laude; quia tantum voces, & nequaquam obsequia, quae dilectionis cogitata studia: etenim hi in matre dumtaxat ad angustias vident mulierem; dum qui filij uti filij ratum inveniunt matrem. Quia protrahitur Didascalia, cetera promissa videnda, Taut. 8. D. 3. Ne tristeris, si venerit afflictio quippe in Virgine protectio. Recedet cordolium, ubi eius occurrerit patrociniū. Die Numinis ex corde: Ego servus tuus, & filius ancilla tua: igitur Virginis profectò filius, qui Dei existerit servus. Prompta est gratia. Ecce mater tua. En matris favor & honor, O salute mea salus salubrior.

Filios non potest non esse mater.

Prompta illius gratia.

Non enim filius quod Dei non servus.

Planta Cyprian. A. 3. 2. 2.

